

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM.

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS
ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA
ECCLESIAE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER
CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS
POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDI-
CIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS NOMENTI SUBSEQUENTIBUS,
DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MAR-
GINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM
DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM
POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS,
SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANO-
NICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS
IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE
PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO
INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM
PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A
PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTEREM NITIDITAS, CHARTÆ
QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA
VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRÆTII EXIGUITAS,
PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCU-
LORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD
OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGVAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ
AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSuum COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA.
LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT,
MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE
TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPECTITUR, ET AD NOVEM ET
CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE
INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGENIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO
APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUM-
MODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRÆTII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM
SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET
NECENSE ERIT, SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRÆTIA ÆQUABUNT.
ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRÆ ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM,
TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEI QUÆ NUNC INCIPIT
APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CVII.

LEO IMPERATOR, COGNOMINE SAPIENS.

EXCUBEATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISIENSIA.

SÆCULUM X. ANNUS 911

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ

ΛΕΟΝΤΟΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

LEONIS,

ROMANORUM IMPERATORIS AUGUSTI,

COGNOMINE *SAPIENTIS*,

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA,

NUNC PRIMUM IN UNUM CORPUS COLLECTA,

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS

EXCUDERATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER*
NOMINATAM SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1863

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CVII CONTINENTUR

LEO IMPERATOR, COGNOMINE PHILOSOPHUS, VEL SAPIENS.

<i>Patrologiæ Editorum Præfatio de vita et scriptis Leonis imp.</i>	pag.	1
<i>Vita Leonis imp. auctore Hipp. Maracci, Leonis Mariali præfixa.</i>		IX
<i>Basilii imp., Leonis patris, capita hortatoria ad filium, ex edit. Bandurii, Imp. Orient. tom. I.</i>		XXI
<i>Ejusdem capita altera ad eundem, ex edit. card. Ang. Mai.</i>		LVII
<i>Constantini, Leonis discipuli, versus in magistrum cum interpretatione nostra.</i>		LXI

OPERUM PARS PRIMA. — SCRIPTA THEOLOGICA.

Homiliæ et panegyrici XIX, ex edit. Hipp. Maracci, Franc. Combefisii, Jac. Gretseri, Scipionis Maffei, Petri Possini, Henr. Savilii, Baronii.	col.	1
Preces liturgicæ, ex antiqua Collectione liturgica Venetiis edita 1554.		299
Canticum compunctionis ex meditatione æterni judicii, in Anecdotis P. Matranga, cum interpretatione nostra.		309
Epistola ad Omarum Saracenorum regem De fidei Christianæ veritate et Mahumetanorum erroribus, ex Biblioth. Patrum Lugdun. edit.		315

OPERUM PARS SECUNDA. — SCRIPTA JURIDICA ET CANONICA.

Orientalium Episcopatumum Notitiæ a Leone Sapiente ad Andronicum Palæologum ex edit. Jacobi Goari.		325
Novellæ Constitutiones sive correctoriæ legum repurgationes, ex Corpore juris civilis		419

OPERUM PARS TERTIA. — CARMINA, SCRIPTA AD REM MILITAREM SPECTANTIA, ORACULA.

Carmina.		
Apologia Leonis in qua Constantini discipuli sui calumnias a se repellit.		659
Epigrammata.		665
KAPKINOI.		665
De martyrio S. Clementis Ancyrani fragmenta metrica.		665
Fragmenta homiliarum in S. Tryphonem.		667
Tactica, sive de re militari Liber, ex editione Joannis Lamii in recensione operum Meursii Florentiæ 1745 edita.		669
<i>Appendix ad Tactica.</i> — Capitula quædam ad rem militarem spectantia, ex Mauricii, Constantini et Leonis Tacticis, edita in Programmate academico Turicensi anni 1834.		1095
Oracula cum figuris et antiqua Paraphrasi, ex editione Petri Lambecii.		1121

IN OPERA
LEONIS SAPIENTIS
EDITORUM PRÆFATIO.

Quia in *Patrologia* nostra *Græca* primum collegimus omnia Leonis Sapientis, imperatoris Constantinopolitani, opera quæ argumenti sacri vel moralis sunt, paucis declarabimus consilium quo in scriptis docti viri et regii auctoris colligendis usi sumus.

Leo Sapiens, Basiliæ Macedonis imperatoris CP. filius, annos natus novemdecim patri, qui anno 886 obiit, successit, et imperium Orientale gubernavit usque ad annum 911, quo ipse vita functus, regnum filio suo Constantino Porphyrogenetæ septenni transmisit.

Vitam Leonis ex industria scripserunt Constantinus filius ejus, et Georgius monachus, quorum lucubrationes infra inter *Scriptores post Theophanem* (*Patrologiæ Græcæ* tom. CIX) edemus. Præterea de gestis ejus consuli possunt Leo Grammaticus, Joannes Cemeniata, Cedrenus, Constantinus Manasses et Zonaras qui historiam illorum temporum descripserunt. Inter auctores recentiores merito laudandus occurrit C. F. Zepernick, qui in animadversionibus adjectis operi C. A. Beck, *De Novellis Leonis Augusti et Philosophi, earumque usu et auctoritate*, quod Halæ æn. 1779 edidit, multa de vita, moribus, doctrina et agendi ratione Leonis Sapientis observavit quæ docto lectori placere et subsidio esse queunt.

De his pauca, et hæc necessaria, delibabimus.

Leo, etsi a sapientia nomen obtinuit et a pietate, imo et a religionis Christianæ zelo commendandus sit, vitiis tamen non caruit, nec in omnibus Dei legem servavit. Spe proli allectus, non tantum quartas nuptias adiit, quod in ipso clerus Constantinopolitanus vehementer reprehendit, adeo ut verum schisma inde in Oriente oriretur, dum alii, consentiente Romano Pontifice, contenderent quartas nuptias divina lege non prohiberi, alii vero id prohiberi assererent; sed insuper vivente adhuc legitima uxore Theophanone, cum qua tertias nuptias contraxerat, publice vixit cum Zoe, quam quartam uxorem habere voluit, a qua Constantinum Porphyrogenetam, successorem suum, obtinuit. Non potest igitur Leo Sapiens a publico adulterio excusari. Theophanone autem mortua, legitimum matrimonium cum Zoe iniit.

Imperium Orientale, nedum ipso regnante floreret, clades plurimas et calamitates subit, quibus nulla ratione occurrere potuit, quippe qui, ut cœtanei jam observarunt, plus valeret ingenio et calamo, quam armis et potentia.

Nomen autem Sapientis adeptus est eo quod, inter ætatis suæ viros doctos, princeps facile haberetur, atque inter ipsa imperii negotia et armorum strepitus, litteras sacras ac profanas coluit, multosque libros, omnigena eruditione refertos composuit. Id profecto in laudem ejus asseri potest, inter imperatores Constantinopolitanos, qui doctrinæ laude floruerunt, nullum exstitisse qui copiosius et doctius sacræ theologiæ quæstiones varias tractaret et exponeret. Hæc studia ab imperatoria sollicitudine minimè aliena putabant qui Orientali imperio præerant, præsertim cum patriarcha Constantinopolitanus et metropolitæ Orientis totum Ecclesiæ regimen potestati laicæ subjecissent, et primæ sedi, Romanæ scilicet, obedientiam detrectassent. Imo ante consummatum schisma cum Ecclesia Romana imperatores Constantinopolitani auctoritatem quamdam supremam in res sacras impune sibi attribuebant et sæpe sæpius exercebant; quam clerus Orientalis nunquam ipsis denegavit, sed potius admisit et sancivit, nulla habita ratione veterum canonum, imo nec Evangelii quod prohibet ne ea quæ Dei sunt, Cæsari reddantur. Tanquam Ecclesiæ custodes et sacrorum canonum defensores, imo veluti doctrinæ ac disciplinæ ecclesiasticæ præsidēs imperatores Constantinopolitani Ἐπιστημονάρχης titulum sibi vindicabant, ut videre est in novella Isaaci Angeli, quam Leunclavius edidit in *Juris Græco-Romani* t. II, p. 169, et apud Du Cange, in *Glossario Græco-Barbaro*, t. I, p. 427, ad verbum Ἐπιστημονάρχης. Nihil mirum igitur si principes qui de rebus sacris judicare volebant, res sacras expendere et de iisdem libros scriberent, quin et homilias componerent, quales episcopi componere solebant et coram populo Christiano declamare. Quanquam autem imperatores Orientales in nonnullis festis anni solemnioribus vestimenta sacra induerent, ac veluti ministri sacris officiis assisterent, quod ab imperatoribus Occidentis, illa et postera ætate, factum est; si quidem aliquando mos fuit, ut tunica diaconali induti Evangelium solemniter canerent, non constat tamen imperatores Orientales qui homilias sacras composuerant, eas aliquando coram populo recitasse.

Porro homiliæ quas Leo Sapiens edidit piæ, solidæ et elegantes sunt; et si excipias illam in qua de processione Spiritus sancti ad mentem Photianorum disputat, orthodoxæ fidei nulla ratione adversantur, sed eam potius asserrunt et confirmant. Quæ de dotibus ac privilegiis sanctissimæ Deiparæ docet, ea æquiparari possunt laudibus beatissimæ Virginis quæ a piissimis ejus cultoribus celebrari solent.

Ex homiliis Leonis Sapientis plurimis, novemdecim tantum impressæ sunt, quas omnes ad unam hic edidimus. Cæteræ in codicibus manuscriptis hactenus latent, quarum tamen notitiam aliquam, infra, ex Leone Allatio suppediabitur. Editis autem adjunximus translationem Latinam olim a Combefisio confectam, quam se ad codices Græcos contulisse et emendasse asserit. Si igitur versionem Maracci, quæ planior, elegantior et verior est, inseruissemus editioni nostræ, potuisset ea hinc inde a textu edito discedere et pium lectorem perturbare. Cæterum ubicunque occurrit translatio Maracci aut alterius cujusvis auctoris, a priori anteferenda videtur versioni Combefisianæ, nunquam non obscurissimæ et intricatissimæ.

Inter scripta theologica Leonis Sapientis præcipua sunt Troparia matutina et Odaria nocturna, quæ in liturgia Græcorum hactenus recitari solent. Quæ in Παράκλησις reperiuntur, præcationibus æque piis a Constantino Porphyrogeneta Leonis filio intermixta sunt, et dignissima quæ in ecclesiis decantentur. Nonnulla in codicibus mss. adhuc latent quæ nobis attingere non licuit.

Epistola Leonis Sapientis ad Omarum Saracenum polemica est: in quo scribendi genere successores ejus sæpius calamus exercuerunt, Joannes præsertim Cantacuzenus, et Manuel Palæologus, doctissimi et peritissimi doctrinæ Mahomedicæ hostes.

In prima parte operum Leonis Sapientis scripta ejus theologica et liturgica tantum collegimus. Secunda autem pars continet scripta juridica et canonica.

Primo loco hic occurrit *Notitia Græcorum episcopatum* quos Leo Sapiens, sua auctoritate, novo ordine disposuit. Id nempe imperatoribus Orientis solemne fuit, jure, ut puto, Ἐπιστημονάρχης, limites jurisdictionis ecclesiasticæ extendere vel contrahere pro lubitu, annuente sæpissime aut etiam instigante patriarcha Constantinopolitano, qui de augendo dominio suo, et restringenda auctoritate patriarchali Romani Pontificis unicesollicitus esse videbatur. Ante tempora nefasti schismatis imperatores Iconoclastæ Romanis Pontificibus summa damna intulerunt, eo quod hæresi eorum strenue resisterent; sed, extincta hæresi, ab usurpanda jurisdictione summi hierarchæ non cessarunt. Hac in re peccavit et ipse Leo Sapiens, a quo, teste Miræo (1), metropolitani et episcopi sequentes a sede Romana avulsi sunt: Thessalonicensis, Syracusanus, Corinthius, Rhegiensis, Nicopolitanus, Atheniensis, Patrensis, sub Syracusano M. Siciliæ Taurominitanus, Messanensis, Agrigentinus, Croniensis, Lilybæi, Drepani, Panormitanus, Thermarum, Cephaludii, Alesæ, Tyndarii, Melitensis, Liparensis (2).

Usurpationes autem illæ imperio Orientali, et ipsi patriarchatui Constantinopolitano, parum profuerunt, permittente divina Providentia, ut longe plures plerumque provinciæ a Saracenis vastarentur aut occuparentur, quam auctoritati summi Pontificis injuste subriperentur.

De his quidquid sit, *Notitia episcopatum Græcorum* summi momenti est, præsertim ad elucidandam historiam Ecclesiæ Orientalis, ad interitum jam vergentis. Ideo *Notitiæ episcopatum* quales exstabant ætate Leonis Sapientis, *Notitiæ episcopatum* subsequentium ætatum addidimus usque ad imperium Andronici Palæologi qui sæculo xiv floruit. His *Notitiis* deinde comparari poterit *Catalogus thronorum ecclesiasticorum* qui subditi sunt quinque thronis patriarchalibus Constantinopoleos, Alexandriæ, Antiochiæ, Hierosolymæ et Moscoviæ, et acephalorum episcoporum Acridum, Cypri, Pechii, qui et Ipechus, et Iberiæ, etc. (3), quem Chrysanta descripsit in *Collectario officiorum magnæ Ecclesiæ*, primum an. 1715 Tergovisti et deinde an. 1778 Venetiis edito (4). Pariter conferri poterit cum *Notitia episcopatum* et *Ecclesiarum synodali* seu independentium, Ecclesiæ Græcæ, quam nuper Athenis ediderunt viri in regno Græciæ doctrina et auctoritate conspicui, G. A. Rhalli, et M. Potli (5). Ex his enim documentis facile conficietur historia factorum Ecclesiæ Orientalis quæ partim hæresibus et schismatibus, partim Agarenorum jugo ferreo ad miserum statum quem cum ipsa deflemus, redacta est. Hinc tamen quandoque difficultas oritur, quod nomina civitatum

(1) Miræi *Notitia Episcopatum orbis Christiani*. l. 1, c. 10, et l. III, c. 1.

(2) Pyri, *Sicilia sacra*. t. I, p. 612. ed. Panorm. 1733.

(3) Διάγνωσις περὶ τῶν θρόνων τῶν ἐκκλησιῶν, τῶν ὑποκειμένων, εἰς τοὺς πέντε πατριαρχικοὺς θρόνους, Κωνσταντινουπόλεως, Ἀλεξανδρείας, Ἀντιοχείας, Ἱεροσολύμων καὶ Μοσχοβίας, καὶ εἰς τοὺς αὐτοκεφάλους ἐπισκόπους Ἀκριδῶν, Κύπρου, Πεκχίου, ὅστις καὶ Ἰπεχίου, τῆς κάτω Ἰθρίας, καὶ τῆς Ἰβνῆ, κατὰ τὸν παρόντα δέκατον ὄγδον αἰῶνα καὶ ἵ ποιοὶ ἐκ τῶν μητροπολιτῶν λέγονται ὑπέριμοι καὶ ἔξαρχοι, καὶ ποιοὶ μόνον ὑπέριμοι, καὶ ποιοὶ

ἔχουσιν ἐπισκόπους, καὶ πόσους, καὶ τίνας ἐπισκοπὰς. In *Χρυσάνθου συνταγματικῶ*, p. 71, Venet. 1778.

(4) Χρυσάνθου τοῦ μακαριωτάτου πατριάρχου τῶν Ἱεροσολύμων συνταγμάτων περὶ τῶν ὀφφικίων, κληρικῶν καὶ ἀρχοντικῶν τῆς τοῦ Χριστοῦ ἁγίας Ἐκκλησίας, κ. τ. λ. fol. Ἐνετίησι 1778.

(5) Σύνταγμα τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ πανευφημῶν ἀποστόλων καὶ τῶν οἰκουμένων καὶ τοπικῶν συνόδων, καὶ τῶν κατὰ μέρος ἁγίων Πατέρων., ἐκδοθέν... ὑπὸ Γα. Πάλλη, καὶ Μ. Πότλη, κ. τ. λ. Τέξις τῶν θρόνων τῆς ὀρθοδόξου ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας ὅπως σήμερον ἔχουσι. Tomo V, pag. 515 et seq. ἐν Ἀθήναις 1854....

multis in locis mutata sunt. Etsi hujus loci non sit documenta omnia colligere, quibus geographia hierarchica Ecclesiæ elucidari possit, tamen operæ pretium esse duximus hic describere lemma geographicum de nominibus civitatum mutatis, quod doctiss. Boissonade, primo tomō Anecdotorum Græcorum suorum, pagina 427, inseruit. Est autem sequentis tenoris :

Αἴψα (a), ἡ νῦν καλουμένη Κορώνη (b). Πύρασος (c), ἡ νῦν Μεδώνη, ἥστινος πλησιον ἐστὶ Χερβόνηςος μικρά, ἥτις τὸ παλαιὸν μὲν ἐλέγετο Πύλος, ἡ τοῦ Ὀμηρικοῦ Νέστορος, νῦν δὲ καλεῖται Ἀδαρῆος. Νοτιδαία, ἡ νῦν Βέρβοια. Πύδνα, τὸ νῦν Κίτρος. Ἀπολλώνεια, ἡ νῦν Ἐρισσός (d), ἡ πρὸς τῷ Ἄθῳ. Τρίκη, τὰ νῦν Τρίκαλα. Θερμοπύλαι, τὸ νῦν Σκέλος. Σίτυλον ἕρος, ὁ νῦν Κουζινᾶς. Σωτηρούπολις, τὰ νῦν Πύθια. Ἔμεσα, τὸ παρὰ τοῖς Σαρακηνοῖς Χέμ. Ὑπόπλακοι Θῆβαι, τὸ νῦν Ἀτραμύτιον (e). Ἄργος Θεσσαλικόν, ἡ νῦν Λάρισσα. Σίρμιον, ἡ

νῦν Θύγγρια, καὶ οἱ Οὔγγροι ἐλέγοντο Γήπεδες (f). Σαρδική, ἡ νῦν Τριαδίτσα. Δάρας, τὸ νῦν Ταυρὸς (g). Μαρτυρούπολις, ἡ νῦν Μεφερχί (h). Βέρβοια, ἡ νῦν Χάλ-π (i). Ὀδουσσούπολις, ἡ νῦν... (j). Κρῶμα, ἡ Ἄμαστρις.

Ὅτι (k) ἡ νῦν καλουμένη Δρηστρα πόλις τὸ παλαιὸν Δωροστόλος ἐκαλεῖτο (l).

Ἡ νῦν Ἀνθρινούπολις τὸ πρὶν Ὀδρυσα ἐλέγετο (m).

Ἡ νῦν λεγομένη πόλις Ἔμετ τὸ παλαιὸν Ἄμιδα παρὰ Ῥωμαίους ἐλέγετο (n).

Notitiam episcopatum Græcorum, in editione nostra subsequuntur Leonis *Novella Constitutiones*, quæ fere omnes de rebus ecclesiasticis decernunt, ut vel ex eorum titulis agnoscere est. Secunda agit de iis qui sacerdotio digni sunt; tertia de cælibatu sacro; quarta de sacro celebrando privatim, quinta de monachis testatoribus, sexta de pueris in monasteriis admittendis, septima decernit ne clericus de novo profanus fiat; et sic porro. Paucissimis igitur exceptis, *Novellæ constitutiones Leonis* omnes ad jus illud civile-ecclesiasticum pertinent, quod a *Patrologia* nostra alienum esse minime volumus. Cum autem major pars soleat ad se trahere minorem, paucas illas constitutiones quæ de rebus mere civilibus tractant, non abjecimus, ne collectio *Novellarum Leonis*, quæ veluti unus liber servata est, quasi manca prodiret.

Leo Sapiens in suis *Novellis* antiquum jus orientale quoad multa immutavit. Attamen, si fides recentioribus juris Orientalis adhibenda est, leges a Leone scriptæ et promulgatæ nec diu in usu fuerunt, nec magna auctoritate in foro gavisæ sunt (1); quanquam ob doctrinæ copiam et singularem prudentiam quibus scriptæ fuerunt et a jurisperitis lectæ, et ab omnibus in pretio habitæ sint. Et revera theologo, canonistæ et historici eas utiliter perlegent.

Hæc de secunda parte operum Leonis Sapientis dicta sint.

In tertia parte continentur auctoris carmina et oracula, de quorum elegantia ac veritate alii judicent. Judicium quod de eloquentia poetica Leonis doctissimus Matranga interposuit, eidem parum favet.—« Ex his, ait, quæ ad nos pervenerunt (a) Leonem mediocre fuisse poetam satis superque comperitur: ipse tamen, invita Minerva, quamplurimas sacri argumenti composuit odas. Inter perditos auctores, quos codex Barberinianus continebat, et quorum indiculum 1840 edidi cum Anacreonticis S. Sophronii (b), connumeratur Leo Sapiens, cujus erant xli odaria κατανουχικά (c). Hujusmodi titulus cum iv tantum strophis mihi occurrit in cod. Vat. 207, integram vero oden sacra moestitia et compunctione refertam, a cod. 263 Vindobonensi conservatam, mihi que missam a cl. Cæsareæ Bibliothecæ præfecto, hic imprimendam curavi. »

Cum primum de edendis Leonis Sapientis *Tacticis* ageretur, ea tantum loca seligere vo-

(1) *Histoire du droit byzantin et du droit romain, dans l'empire d'Orient depuis la mort de Justinien jusqu'à la prise de Constantinople en 1453*, par J. A. B. Mortreuil, avocat à Marseille. Paris 1844,

t. II, p. 317: *Autorité des Nouvelles de Léon.*

(2) Matranga *Anecd. Græc.* t. I, præf. p. 27, Romæ 1850.

(a) E cod. 1650, pag. 99, 2.

(b) Conf. Catalogus urbium in Allatii notis ad G. Aeropol. pag. 211.

(c) Est Πήδαρος in Allatiano Catalogo.

(d) Dicitur et Ἐρισσός: conf. Allatii Catal., et Bullialdi nota ad Ducam pag. 217.

(e) Conf. Lydus *De mens.* pag. 67; quem Lydi locum indicaverat tunc ineditum Allatius ibid. pag. 242, ut et allum de Mileto, olim Anactoria, qui exstat pag. 94.

(f) De Gepidibus vide not. ad Herodianum Epimer. pag. 11.

(g) Estne Persicum nomen *Tauris*? Sed urbi Dara nullo modo convenire videtur.

(h) Arabicum illius urbis nomen, *Mefarekin*, exhibere voluit scriptor Græcus litteris Græcis. Vide Sammartinum *Mém. de Armenia*, t. I, pag. 96.

(i) Scilicet *Halep*.

(j) Deest nomen recentius, forsân Βάρνα, etsi eam synonymiam præstare nolim.

(k) E cod. 1650, pag. 96, 2.

(l) Vide Cedren. pag. 674, Bulliald. ad Ducam pag. 278.

(m) Confer. Catalogus Allatii pag. 211.

(n) De Amida eruditissime, ut solet, disseruit Sammartinus *Mém. de Armenia*, tom. I, pag. 139 seq.

(a) Cf. Anth. l. ix, 200-5, 13, 561, 578-9, et Hoffmann Lex. bibl. t. III, p. 5.

(b) *Spic. Rom.* t. IV, pag. xxxviii. Postquam apographum Allatianum n. 379 signatum cum archetypo cod. 216 bibliothecæ Barberinianæ an. 1839 diligenter contuli, ut monui in præfatione ad Sophronii Anacreontica p. xx, ubi illustrissimi principis et humanissimi bibliothecæ præfecti comitatem laudavi, *Barberinianum* appellare placuit.

(c) Vocabulum in libris ecclesiasticis Græcorum usitatum, melos significat aptum ad compunctionem excitandam.

lebamus, quæ de servanda religione et observandis officiis moralibus agebant; et a primo *Tacticorum* editore, Protestantium sacris addicto, dissimulata et suppressa fuerant. Ea ex codicibus mss. diligenter collegerat P. Possevinus (1). At postea, mutato consilio, ne opus truncum evaderet, *Tactica* integra descriptissimus ex editione Lamiana operum Meursii tom. VI, p. 535-920, quæ anno 1745. Florentiæ prodit, additis etiam fragmentis ineditis quæ nuperrime in Germania typis commissa sunt.

Sicut jam supra innumimus, opera non pauca Leonis Sapientis inedita supersunt in præcipuis Europæ bibliothecis; ea quæ nobis innotuerunt hic breviter recensere.

Homiliæ viginti octo, et Epistola parænetica habentur in cod. Paris. 1201. Catal. t. II, p. 250.

Ex ineditis homiliis Allatius sequentes enumerat et earum initium recitat :

1° *Homil. in S. Tryphonem*, Contra Hottinger p. 168. *et de scriptis Symeonum* p. 91.

2° *In S. Demetrium Homiliæ duæ*, Contra Hottinger. p. 170.

3° *Hom. in S. Clementem Ancyranum*, de Symeonum scriptis, p. 81.

4° *Hom. in S. Præcursoris natalem*, loc. cit. p. 83.

5° *Hom. II in Transfigurationem Domini*, loc. cit. p. 91 et 106.

6° *Hom. in Nativitatem Christi*, loc. cit. p. 96.

7° *Hom. II in principium Jejuniarum*, loc. cit. p. 96 et 114.

8° *Hom. in Eliam Prophetam*, loc. cit. p. 97.

9° *Hom. in S. Stephanum, protomartyrem*, loc. cit. p. 100.

10° *Hom. in templi consecratione*, loc. cit. p. 101.

Homilia in Theophaniam, de qua Allatius *De Symeonum scriptis*, p. 108, non distinguenda est ab *homilia in Annuntiationem*, quam nos tertio loco pag. 21 edidimus, ex *Auctario Combefisiano* p. 1632.

Homilia in magnum Sabbatum, de qua Allatius, loc. cit. p. 116 scribit, ea est quam nos ex *Auctario Combefisiano* p. 1675, octavo loco, pag. 75 dedimus.

Præcepta moralia, cum interpretatione, habentur in bibliotheca Vaticana, teste Baronio. Servantur etiam in codicibus Bodleianis.

Capita de virtutibus, in cod. Paris. 396, n. 32.

De sortibus, in cod. Laurent. ap. Bandini *Catal. Laurent.* t. II, p. 42, et t. III, p. 339.

Canon in festum Palmarum, in cod. Taurinensi 291, ap. Pasini; *Codices Taurin.*, t. I, p. 388.

Canon in Occursum Domini, ibid.

Odarium catanucticum, ibid., et in Cat. bibl. Vindobon, part. 1, pag. 374.

Carmina in S. Clementem Ancyranum, indicantur ap. Lambec. t. V, p. 128, quorum specimen tantum edidimus.

Versus ænigmatici de Christo habentur in cod. Gr. Gale, n. 5884, biblioth. Bodleianæ.

Lambecius, ed. Kollar. t. VI, part. II, p. 768... 7° indicat Leonis *Vaticinium* quod inter edita desideratur.

Du Cange scribit se in conficiendo Glossario suo, usum esse libro Græco qui inscribitur: *Αἰνίγμα λέξεων Ἀέοντος τοῦ σοφωτάτου συμβολικῆς ἐν Βυζαντίῳ λέξεως*, et quem Leoni Sapienti tribuit.

Baronius in notis ad *Martyrologium Romanum*, 8 Decembris, et Maracci, in *Mariali* Leonis, asserunt exstitisse in codicibus Sfortianis, Leonis Sapientis *Homiliam in Conceptionem sanctæ Annæ*, quam deperditam esse autumant. At, ni fallor, homilia hæc exstat, et ab H. Maracci et a Combefisio et a nobis primo loco edita est. In ea enim Leo fere totus est in laudanda conceptione et nativitate beatæ Mariæ Virginis; gratias et dona quibus ab ipso suo ortu cumulata est diligenter enumerat et extollit; subinde etiam summum privilegium Immaculatæ Conceptionis, verbis quasi expressis, enuntiat. Putamus igitur primam hanc homiliam eam ipsam esse quam Baronius et Maracci desiderabant.

Hæc de persona et scriptis Leonis Sapientis adnotanda habebamus.

B..... 12 Martii 1861.

J-B. M.

(1) Possevini *Bibliotheca selecta*, lib. I, cap. 24, ed. Romanæ, an. 1595.

PROLEGOMENA.

I

VITA LEONIS IMPERATORIS

COGNOMENTO PHILOSOPHI

*Ex probatis auctoribus collecta cura et studio Hippolyti MARACCI *.*

Leo imperator Constantinopolitanus (1), hujus nominis VI, aliis V, Basilii Macedonis imperatoris (2) (quem Michael imperator (3), quod prolem ex se naturaliter procreatam nullam haberet, in filium adoptaverat, et post etiam diademate cinxerat) filius secundo genitus, a rerum divinarum humanarumque scientia cognomento Philosophus, seu Sapiens dictus est (4). Fratrem habuit natu majorem, nomine Constantinum, cujus obitu cum Basilii pater inconsolabili dolore afficeretur, factum est, ut Theodori Euchaitarum episcopi, cognomine Santabaren, præstigiis et necromantia, ejusdem filii (ut percipiebat) potiretur aspectu (5). Fecit enim, ut specie imaginaria Constantinus eques patri quadam in silva obviam fieret, quem ubi visus sibi fuisset imperator, et complexus, et osculatus esse, mox evanescentem ex oculis amisit. Quo, et aliis similibus factis Santabarenus Basilio imperatore in admirationem adducto, effecit, ut is totus ex ipso perderet, et fidem ei haberet, neque ulla in re diffideret. Sed Leo filius ejus, jam adultus, disciplinis omnibus eruditus, atque a patre imperator salutatus, Santabarenus non delectabatur; verum eum veneficum appellabat, et præstigiatorum, et imperatoris deceptorum. His ille veluti spiculis quibusdam lectus, ad ultionem insurgit, simulataque erga Leonem benevolentia, *Cum sis, inquit, adolescens, imperator, et cum patre veneris et equites, pugio etiam tibi deferendus est, quo et contra feram utaris, et patri porrigas, cum res tulerit: aut etiam insidiatores ejus ulciscaris. Is dolo non animadverso, pugionem, ut ille suaserat, in calceo fert. Eo pugione Santabarenus ad delationem Leonis usus, Imperator, inquit, filius tuus tibi insidiatur. Indicio illud est, quod in venatu pugionem occultum gerit. His auditis, venatum*

exit Basilii; Leo patrem comitatur, inventus est pugio in calceo Leonis occultatus, visus est vera dixisse delator; rei defensio non admittitur, ardet iracundia pater contra filium, in quodam imperatorio cubiculo ipsum includit, et (ut quidam tradunt) ei oculos eruere in animo habebat, Santabarenus ad id eum instigante, idque omnino futurum fuisse, nisi patriarcha, et princeps senatus, multis precibus imperatorem a sententia deduxissent. Atque hæc sane calamitatum fornax, et malorum conflatorium, Leonem probarunt auro similem esse, cui nihil æris subesset. Hinc orti ploratus et eulationes matris, sortem filii lamentantis, et apud patrem pro eo deprecantis. Sed erat durus, et instar saxi emolli non poterat, imo æque parum ac adamus ab amore naturali erga filium flectebatur. Adhibebantur mulliculæ lamentatrices, quæ præscarum in morem nœnias quasdam lugubriter accinerent, et calamitatem Leonis acerbè deplorarent. Domus universa nihil erat aliud quam luctus. Septem fere annorum spatio Leo in carcere detentus est; cumque senatus sæpe pro ipso voluisset deprecari, et variis de causis prohibitus fuisset, tandem opportuna oborta est ei occasio qua posset, quod in animo habebat et studiose curabat perficere. Erat quædam avis in regia, in cavea inclusa, ad spectaculum et oblectationem audientium et videntium (psittacus avi est nomen, quæ humanam vocem imitans multum loquitur), quæ quidem sive ab aliquo edocta, sive alioquin casu, sæpe: *Heu, heu! domine Leo*, pronuntiabat. Cumque aliquando lautum fecisset imperator convivium, et accersiti principes senatus cum eo simul essent, avisque sæpe id, quod modo diximus, loqueretur: mœsti convivæ a cibis abstinentes, cogitabundi sedebant. Quod animadvertens

NOTE.

(1) Constantinus Manasses in Annalibus.
(2) Georgius Cedrenus in *Compendio Historiarum*.

(3) Michael Glycas in Ann. part. 4.
(4) Jo. Zonaras in An. tom. III.
(5) Card. Baron. in *Annal. Eccles. t. X.*

* In *Mariali Leonis*, quod Romæ edidit anno 1651.

imperator, cassam ab eis, cur non comederent, percontabatur. At illi perfusi lacrymis : *Quem cibum, inquit, o domine, comedemus, cum ratione præditi simus, et domini nostri studiosi habeamur? Nam hoc animal ratione carens suum dominum requirit; nos autem genio indulgentes, dominum, qui nihil peccavit, oblitii sumus. Qui si peccasse convincitur, et in parentem dexteram armasse, omnes nos manu nostra eum interficiemus, neque ejus unquam explebimur sanguine : si vero de quibus accusatus est, calumniam coarguit, quoad lingua calumnians tantum in ipsum poterit? Mollitus igitur talibus verbis imperator, tunc ipsos sedere jussit, seque rem diligentius spopondit exploraturum. Neque sane multo post ad suum ingenium rediens (reveritus ne forte natura magis expertus esse comminationis, quam avicula videretur) e custodia eductum sibi præsto esse jubet filium, ademptaque ei lugubri veste, et supervacua, quæ in luctu excreverat, coma, pristinum ei imperii honorem restituit. Neque sane multo post diarrhææ morbo correptus, Instituto hærede et successore filio suo Leone, Aliorum superstitem natu maximo, decessit e vita; atque una cum hæreditate eidem filio suo Leoni imperatori egregia monita scriptis reliquit, sexaginta sex capitibus comprehensa, quorum principes litteræ hanc efficiunt sententiam : *Basilius in Christo Romanorum imperator, Leoni, charo filio, et imperii collegæ.* Exstantque e Græco fonte in alveum Latinitatis deductæ apud Margarinum Bigneum tomo V *Bibliothecæ veterum PP.* in fine. Ea autem monita Leo accipiens, et custodire laborans, consecutus est præ cæteris, inquit Baronius (6), illud insigne nomen, ut meruerit cognomento Philosophus appellari, quasi per eum illam felicitatem Orientale sit imperium consecutum, quam ille pollicitus est sapiens, si vel philosophi regnent, vel si reges philosophentur.*

Defuncto itaque Basilio imperatore, eodem die Leo ejus filius Imperium moderandum suscepit : qui mox occasione captata, quod Photius patriarcha Constantinopolitanus, cum Santabareno consilium inisset de eligendo in imperatorem cognato ipsius Photii, cum e throno deposuit, relegavitque in monasterium Armenorum, in ejusque locum, germanum suum, nomine Stephanum, subrogandum curavit. Impositorem vero illum Santabarenum flagris cæsum, oculis privavit, et Athenas in exilium misit ; hominem secta Manichæum, professione magum, simulatione vero Christianum, et imposturis, quibus miracula affectabat, a Basilio imperatore creditum sanctum. Verum pluribus annis elapsis hominem ab exilio revocatum benigne tractandum curavit. Porro substitutio Stephani in locum Photii haud ita perfunctorie facta est, inconsulto Romano pontifice Stephano VI. Nam ab eo, ut dispensaretur, quod ordinatus fuis-

set a Photio diaconus, opus erat; et lex erat ecclesiastica, ut ordinati a Photio cessarent omnino, nec majori gradu elevarentur. Unde in codice Colunnensi num. 45 signato, post recitatas litteras Stephani papæ ad Basilium imperatorem, Photii defensorem, subjicitur : « Hæc epistola ad Basilium Imperatorem missa fuit, sed illam accepit Leo ejus filius, cum jam pater vita functus esset. » Qui cum epistolæ vim intellexisset, et omnia Photii facinora cognovisset, quamprimum revocavit omnes sacerdotes veritatis, qui a Photio, anathemate damnato, graves passi fuerant persecutiones, et ejecto tyranno et invasore Photio, fratrem suum germanum introduxit, advocato etiam Styliano, Neocæsareæ metropolita, cognomento Mapa, et aliis ejus in persecutione commilitonibus, episcopis, præpositis, presbyteris, diaconis, et aliis pietatis sectatoribus, ait illis : *Nostrum ex Deo imperium, perpensa veritate, iniquum illum hominem Photium a sede patriarchali ejecit, et vestram persecutionem sedavit : nec ullo pacto cogam quemquam vestrum ut inriti cum illo communicetis; quin potius oro pietatem vestram ut communicetis cum fratre meo, et fiat unum ovile. Sin autem inconsultis Romanis, qui Photium damnaverunt, nolueritis fratri meo convenire, quoniam videlicet a Photio diaconus fuit ordinatus; venite, scribamus et mittamus una Romam ad pontificem, ut dispenset absolutum anathematis iis qui a Photio fuerunt ordinati. » Scripsit igitur propterea imperator ad Pontificem, similiter etiam Mapa metropolita Cæsareæ, et ejus socii. Sed cum horum in præcitate codice existent litteræ, Leonis tamen desiderantur. Cæterum quod petebatur, ut dispensaretur cum Stephano, germano imperatoris, qui subdiaconatum suscepisset a Photio, dispensatum fuisse et, ut oportuit, rei consultum ab ipso Romano pontifice, existimandum. Nam ille sedisse, atque cum ipso idem Stephanus papa communicasse invenitur.*

Interea Andrea exercituum præfecto, aliisque senatoriis viris multis Chrysopolim ad Philippici monasterium missis, cum cœtu sacerdotum, cæreis facibus, atque aromatibus, cadaver Michaelis imperatoris (qui Basilium patrem suum in filium adoptaverat, et diademate ciuxerat) sepulcro educi, in arca cupressina poni, imperatorioque splendore velatum, Constantinopolim Leo afferri jussit, ibique cum cantu et hymnis exceptum, usque ad ædem Apostolorum deduci ordinavit, in qua in marmorea arca repositum est, comitantibus pompam etiam fratribus imperatoris, Alexandro, et patriarcha Stephano.

Cum Hagio Longobardiæ dux, regis Franciæ gener, cognita Basilii imperatoris morte, a societate Romanorum descivisset sibi que totam ditionem vindicasset, contra cum Leo Constantinum patricium mensa præfectum cum Occidentalibus misit

NOTÆ.

(6) Baronius ad ann. 886.

copiis, licet commissa pugna Constantinus succubuerit, vixque eadem ipse evaserit, exercitu suo occidione deleto. Duos tamen fortissimos duces in Orientem emisit, Eustathium stirpis Argyrorum, et Andronicum genere Ducicam, qui multas de Agarenis victorias reportarunt. Sed cum bellum acerrimum inter Bulgaros et Leonem nostrum excitatum esset, idemque per plures annos propagatum: Turcas et Hungaros adversus eodem vocavit Leo, Simeone Bulgarorum rege validissime resistente. Ex quo factum est, ut dissoluto inter Bulgaros et Constantinopolitanum imperatorem pacis vinculo, æque spiritualis præfectura, quam Græci sibi vindicaverant, e medio tolleretur, iidemque Bulgari Romanæ Ecclesiæ, a qua donis et blanditiis Græcorum desciverant, se sponte subje-

rent. Fuere Leoni uxores omnino quatuor, quas ordine et successive duxit, non a libidine victus, sed ingenti procreandæ sobolis desiderio, quo liberus ex se natos conspiceret. Prima fuit Theophanon, seu Theophania, Constantini filia: secunda Zoe Zautzæ filia: tertia Eudocia Opsiciana; quarta, Zoe Carbonopsina, ex qua filium Purpurigenam seu Porphyrogenetam genuit, cui nomen Constantini datum. Ultimæ tamen uxoris nuptias Nicolaus patriarcha benedicere recusavit, sed et Thomam presbyterum, qui benedixit, presbyteri honore privavit, quin insuper ab ingressu ecclesiæ imperatorem prohibuit. At quomodo se habuerit quadrigamia ista Leonis in conjugum successione, sic accipe ex præambulis Constantini in Porphyrogenito ad edictum unionis (7). Imperator ille doctissimus Leo primam quidem uxorem habuit sanctam Theophanonem, ex qua filiam procreavit, sed ea cito rebus humanis excessit. Itaque cum hæc sancta mulier migrasset ad Dominum, Zœ stylani Tzautzæ, qui ex proceribus et amicis imperatoris erat, filia jungitur. Illa quoque brevi temporis spatio sine liberis extincta, tertiam duxit uxorem Eudociam, ex Opsicii provincia oriundam olim dicta Mæonia, formæ nomine selectam, quæ in puerperii doloribus una cum infante moritur. Imperator autem ineffabili dolore correptus, quod nullos sustulisset liberos, eorum

ignoraret, loco patriarcham Nicolaum movet, Ecclesiæque finibus exponit ut mendacem, et qui multoties quidem iurjurando confirmasset ac promississet se imperatori gratiam pœnæ facturum, ac totidem verbis animum mutasset, remque data opera extraheret. Ejus loco patriarcham constituit patrem suum spirituales Euthymium, virum multis annis exercitatione solitaria nobilitatem, denique prophetici spiritus participem. Is imperatorem a pœna facit immunem, atque a vinculo diuturno liberat, et ad communionem admittit. Hæc ibi. Leo autem Alletius, de Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis perpetua consensione, lib. II, cap. 7, num. 3, rem in hunc modum ex antiquis monumentis narrat: « Leo Basilii filius, quod ex tribus ductis uxoribus nullos sustulisset liberos, sobolis habendæ desiderio, quartam quoque duxit Zoen Carbonopsinam, quæ ei peperit Constantinum. Hanc ob causam a patriarcha et aliis excommunicatur. Cum vero de absolute non conveniret, aliis eam non diutius protrahendam assentibus, aliis non assentientibus, magna dissidia inter eos orta sunt; ideoque ad pontificis Romani iudicium concurrunt: a quo cum quartæ Leonis nuptiæ approbarentur, patriarcha non assentiens in exilium mittitur, et Euthymius in ejus locum subrogatur; qui ita annuente summo pontifice imperatorem a vinculo liberat, et in communionem admittit. » Hactenus de Leone Leo. Cætera tantæ principis acta prosequamur.

Cum aliquando imperator Leo una cum Zoe uxore sua in prædio ageret, quod Damiani vocatur, et domesticus quibusdam aliis conspirantibus ei insidias strueret: Zoe murmura conjuratorum inaudit; statimque Leo excitatus, consensu navigio a Fontibus in palatium trajecit, ac Joannem quidem Biglæ Drungarium, quod ab eo indiligenter esset custoditus, loco movit.

Porro Basilii imperatoris Epeicta, cum eadem Leoni machinaretur, arcanum suum Samonæ exposuit cubiculario, origine Agareno. Samonas statim imperatori totam insidiarum rationem detexit. Imperator illico Basilium in Macedoniam amandat, veluti Zœ imperatricis amitæ suæ, e vivis egressæ, ibi justa curaturum. Paulo post revocatum inquisitioni subdidit, convictumque per mediam urbem in triumpho duxit, Athenasque relegavit. Inde universo senatu convocato, quæ erant a Samona ipsi delata indicia exponit, eumque senatores laudant, et summo dignum honore pronuntiant. Et Samonam Leo statim Protospatharii munere decorat, sibi que familiarem asciscit.

Cum Constantinum Andronici filium quamdam ad expeditionem cum copiis ablegaret, per triclinium hominem educens, oculis in Christi ac Deciparæ imagines delxis, quæ supra portam erant collocatæ, his verbis usus est: Caveto, Constan-

NOTE.

(7) Apud Baronium ad an. Christi 901.

tine, nomen ne tibi tuum imponat, neve fretus illo, **A** aut irasci, imperator : nam vates David hoc tibi adversi eventurum prædixit hoc versu : « Quanta malignatus est inimicus in sancto tuo : et gloriati sunt qui oderunt te, in medio solemnitatis tuæ ? » Noli, quæso, appetuisse tibi vitæ finem arbitrari, nec animum tuum cogitatio de morte subeat, nam tibi tam vitæ quam imperii decem adhuc anni cælesti a manu concessi sunt.

Hæc ille fatus, obtulit. Neque multo post imperator, et animi dolore liberatus est, et ex vulnere convaluit. Marci quidem vaticinium minime fuisse vanum eventus comprobavit ; nam post decem annos eo ipso mortuus est die, quo plagam hanc accepit.

Accidit id temporis maximus solis defectus, cuius causa Pantaleontem Synadensem pontificem ad se imperator accessit, hominem astronomiæ peritum. Is rogatus, quem illius eclipsis effectum fore statueret, respondit, alteri ab imperatore personæ casum adversum portendi. Quin etiam Samonas Agareus, a Leone officio cubicularii ornatus, quem Basilii Epeictæ insidias eidem Leoni detexisse docuimus, sapientem hunc virum peculiariter abductum, de re tota consuluit, et futurum agnovit, ut ipsi calamitas accideret ; verum omnino Junii tertio die salvum evasurum, nec ab eo tempore quidquam illi rei molestiæ eventurum. Nondum præstitum hæc tempus advenerat, cum Samonas e loco suo deturbatur atque raditur ; nam et calumniis imperatorem circumvenire ferebatur, et insolenter semet gerere.

B Constantinopoli in honorem primæ suæ uxoris Theophaniæ pulcherrimum de ejus nomine templum, vicinum Aëdi apostolorum ædificavit Leo, in eoque corpus illius reposuit ; magnæ enim sanctitatis femina habita est Theophania, adeo ut edidisse quoque miracula feratur, quorum gratia ubi defuncta est, inter sanctos a Græcis adnumerata est, die 16 Decemb., hoc elogio :

Beatæ Theophaniæ, Leonis sapientissimi principis sponsæ, memoria.

« Beata Theophania Constantinopoleos fetus et regina, Constantini filia fuit illustris, trium imperatorum consanguinea. Cujus mater Anna similiter erat sterilis, ut illa prior Anna Samuelis prophetæ genitrix. Sed cum viro frequenter orans sanctam dominam nostram Dei Genitricem, quæ præsertim ad Bassi colebatur, sanctam concepit Theophaniam, et natam virtutibus instruxit, litteras quoque docens. Cum vero Basilius illustris imperator filio Leoni sapientissimo vellet uxorem conjugere, nec hæc meliorem inveniret, ipsam illi desponsavit. Coronata, et imperatrix effecta, pauperum tamen non obliviscebatur, sed solitam retinens virtutem, et eleemosynam, Deo, qui sibi cælorum quoque donavit regnum, pie famulabatur. » Hæc ibi.

C Cum die Pentecostæ sacro, ex antiqua imperatorum consuetudine, solempni cum pompa ad ecclesiam Sancti Mocii martyris procederet Leo, atque templum, janjam sacris januis vicinus, ingredi vellet : vir quidam immanis, iis similis qui malis a geniis agitantur, tam gestibus quam vultu inconstans, in imperatorem prosiliens, gravi ac valida clava caput ejus verberavit, adeoque subito, ut ipsum interfecisset, ni pars extrema clavæ in suspensum candelabrum impacta, vel dimidiam impetus vim amisisset. Tum de Leonis capite profluere sanguis copiosus, et viri principes in fugam sese conjicere. Et quia frater ejus Alexander non aderat, apud perosque suspicio invaluit, eum insidiarum fuisse conscium. Sed qui id facinus ausus fuerat, comprehensus coactusque tormentis ad indicationem eorum quos facinoris conscios haberet, nihil dicere poterat, morbo graviter hominem verante. Tandemque manibus ac pedibus amputatis, in circi funda crematur, et solempnis illa processio eo tempore desit. Hæc cum vir quidam sanctus, quique diviño spiritu futura prospiceret, ac variis donis ornatus esset, nomine Marcus, imperatorem gravi dolore correptum cerneret, existimantem aliquid amplius mali consecuturum, verbis medicinam ei faciens, tanquam mitigante dolorem pharmaco, dixit : *Noli hoc iniquius ferre,*

D Idem Leo aliud quoque templum condidit divo Lazaro sacrum, inque eo Lazari et Mariæ Magdalensæ reliquias Epheso allatas condidit. In urbe, quæ ad Charsianum sublimis erat, in parte meridionali, loco, cui Farræ nomen, magno impendio instauravit templum Sancti Thomæ apostoli, quod incendium in cinerem ac favillam redegerat. Sed et in Nossis monasterium ædificavit de nomine Servatoris, idque cum Euthymio patriarcha dedit.

Statuit inter alia, ut pridie ejus diei quo prælium et certamen esset ineundum, curare deberet dux exercitus per sacerdotem universum exercitum expiari aqua lustrali, vel benedicta ; et præterea, ut quotidie, mane et vespere, universus exercitus dicere deberet Trisagium hymnum.

Mariæ, Virginis incomparabilis, ac Dei Geni-

¹ Psa. LXXIII, 25.

tricus sacrosanctæ, quam magnus eximiusque fuerit orator, ex iis quæ scripsi in Cæsariibus Marianis cap. 8, atque ex luculentissimis ejus orationibus, in Mariana Bibliotheca enumeratis, atque in hoc Mariali adductis, quas ipse de ejus festis et laudibus non solum piissime doctissimeque scripsit, sed ex superiore loco, et in circumfusa multitudinis corona magno cum plausu dixit, perspicuum est. Dignus propterea qui inter præcipuos Deiparæ Virginis encomiastas jure merito numeretur, atque a Græcia, eloquentiæ quondam alumna, et artium parente optimarum, multo jactetur honestius, quam il qui ab eadem olim cum fastu memorabatur. Vice munerum et oblationum, quas Mariæ ex animo offerebat, ab ipsa postulabat, non vitæ longitudinem (non enim adeo eam amabat, neque insatiabili desiderio hujus amaræ navigationis, et quam conjunctam habet, agitationis tenebatur), sed si ita decretum, ut ex hac vita subduceretur, largiretur, ut peccatorum pondere levaretur; quod si diutius in carne manendum esset, concederet, ut fructuose gregem pasceret, simulque secum ipsa pasceret, duceret et educeret, ne in illo operum omnium accurato examine, propter subditos, damnationis sententia adversus se ferretur. Nihil suum, sed linguam, orationem, et regnum, et si quod aliud, id omne beatæ Virginis curæ et benevolentiæ munus ducebat. Et ut servaretur insidiis rapacium ferarum superior, nutriretrique in vivificis pascuis pietatis, et cum opus esset hinc emigrare, in salutaribus atrils quietem nancisceretur, ubi timor nullus, nullæ turbæ, aut sollicitudo insidiarum, sed plena requies, et tranquillitas, et exultatio, eandem beatam Virginem intentissime deprecabatur. Ipsam etiam beatam Virginem adjutricem suam appellans, se semper a puero ab ea protectum gloriabatur; quam insuper enixe orabat, ut se semper protegeret, nec sua defensione destitueret: sed alis obtgens, quibus ab initio fovit, vitæ cursum ad optimum dirigeret finem, simul administrans imperium, quod administrandum ipsa sequestra dederat, servans ei eximiam filii sui hæreditatem, et perficiens (quod omnibus ille præferebat) populi sui electi, gentis sanctæ salutem. Sed præter Orationes in sacrosanctæ Deiparæ laudem commendationemque elucubratas, plura etiam alia præstantissimi ingenii monumenta cum gloria transmisit ad posterum sapientissimus imperator. Exstant enim sub ejus nomine in bibliothecæ Vaticanæ codicibus Græce mss. ut refert Baronius, tomo X ad annum Christi 911:

Centum et tredecim *Novellæ Constitutiones diversorum argumentorum.* — *Præcepta moralia, una cum interpretatione.* — *De instruendis aciebus Commentarius.* — *Ænigmata.* — *In admirabilem et gloriosam Ascensionem Domini oratio una.* — *In Spiritum sanctum, quod propria auctoritate adoptionem filiorum Dei hominibus largitus est, oratio una.* — *In omnes sanctos oratio una.* — *In mag-*

num apostolorum orbis Paulum, oratio una. — *In gloriosum prophetam Eliam, oratio una.* — *In gloriosam Domini Transfigurationem, orationes tres.* — *In Decollationem præcursoris, oratio una.* — *In Exaltationem S. Crucis, oratio una.* — *In admirabilem et gloriosum Domini discipulum Thomam, orationes duæ.* — *Quando domus imperatoris fuit consecrata, oratio una.* — *In sanctum Joannem Chrysostomum, oratio una.* — *In fulgentissimum Ecclesiæ lumen Nicolaum, oratio una.* — *In S. Stephanum, oratio una.* — *In SS. Lumina, oratio una.* — *In S. Clementem Ancyranum, oratio una.* — *In gloriosum martyrem Tryphonem, oratio una.* — *In capite sacratissimi Jejunii, orationes tres.* — *In festum Palmarum, oratio una.* — *In Sabbatum sanctum, oratio una.* — *Oratio, vel Epistola parænetica catholica, ad quoscunque videlicet Christi fideles scripta, hortatoria ad bene sancteque vivendum, quam a Federico Metio Latinitate donatam offert Baronius loco supra allegato. Quæ etiam orationes omnes reperiuntur Græce mss. in Sicilia in bibliotheca Archimandritatus S. Salvatoris, ut patet ex catalogo dictæ bibliothecæ Messanæ confecto anno 1563.*

Sed et in bibliotheca Bavarica exstant sub ejusdem Leonis nomine, Græce mss., ut in suo *Apparatu sacro*, tomo II, testatur Possevinus: *Hymni, et Acta quædam Christi, et liber De bellico apparatu.*

Et quidem *Acta Christi* prodire in lucem, Latine facta a Jacobo Greisero Societ. Jesu theologo, ex officina Adami Sartorii, anno 1600. Ingolstadii. Liber autem *De apparatu bellico*, quoniam a Joanne Checo versus ita fuerat, ut quæ ad religionem spectabant, vel dempta, vel depravata essent: Antonius Possevinus primum quidem in i libro selectæ suæ *Bibliothecæ* ex Græco exemplari, astum et dolo interpretis hæretici ostendit atque emendavit: deinde item in *Apparatu suo ad Humanam Historiam*, excusso Venetiis auctiore, ne quis tanti imperatoris nomine cum militibus quoque abutatur, quasi nec sacrum missæ sacrificium, nec reliquus orthodoxus cultus eo tempore existissent: quorum ille non tam mentionem facit, quam hortatur ut in expeditionibus rationem potissimum habeant.

Hujus etiam ex meditatione extremi judicii *Canticum compunctionis*, quod ex bibliotheca Bavarica Latine e Græco reddidit Jacobus Pontanus, prodit Ingolstadii apud Adamum Sartorium anno 1603. In *Bibliotheca autem veterum PP.*, tomo III, exstat Epistola ad regem Saracenorum de Christianæ fidei veritate et Saracenorum impietate, hac inscriptione: *Leonis, cognomento philosophi, imperatoris Constantinopolitani, ad Omarum Saracenorum regem, de fidei Christianæ veritate ac mysteriis, et de variis Saracenorum hæresibus et blasphemis, Symphoriano Camperio Lugdunensi, ex Chaldaica in linguam Latinam interprete.* Sed non dubito, quin alia plura in aliis bibliothecis lateant

sapientissimi imperatoris scriptorum monumenta, A quæ aliquando Deo volente proferentur in lucem.

Cum autem doctissimus hic imperatorum, morbo correptus periculum minitante, administrato jam per viginti sex annos Romanorum imperio, mortem imminere sibi cerneret : advocato senatu, sic inquit : *Caro mea, amici, morbo consumpta diffluit, viresque defecerunt, ac fortassis vobiscum amplius non vivam, neque ad festum Resurrectionis Christi diem (erat tunc jejunii Quadragesimæ tempus) vitam perducam. Hanc itaque unam, et postremam a vobis gratiam postulo mihi dari. Recordamini, quam me vobis benignum præbuerim : atque ideo uxorem filiumque vobis commendatum habetote.* Senatus cum fletu atque ejulatu ostendit, se jactura hujus domini atque imperatoris incredibilem percipere B dolorem ; Augustæ autem et filio imperatori ita se fideles fore, ut vel millies pro eo sint, ita rebus poscentibus, mortem appetituri. Alexandrum fratrem, et Constantinum filium imperatores creavit, hoc solo in extremis respirationibus pronuntiato : *Alexandrum etiam (proh parcum malignumque tempus !) post tredecim menses video.* Volebat enim significare regnum Alexandri tantillum temporis duraturum ; quæ sane Leonis vox minime vana fuit ; nam Alexander voluptatibus et computationibus indulgens, nec ulla re tanto imperio digna, vel opere, vel verbis perfecta, vel animo denique concepta, cæu flos solis efficacitate marcescens, extinctus est, et a morbis celeriter absumptus. C Itaque solus imperium Constantinus obtinuit, ætatis adhuc teneræ puer.

Rebus excessit humanis anno salutiferæ Redemptionis 911, imperii 26, diei 11 Junii, seu ut alii volunt Maii, a Constantino filio imperatore in Historia de vita et rebus gestis avi sui Basilii Macedonis per Leonem Allatium Latinitate donata, dictus Leo mitissimus et sapientissimus ; a Constantino Manasse in *Annalibus* appellatus revera doctrinæ studiosissimus, omni scientia copiose instructus, et omnibus disciplinis a puero excultus ; atque a Joanne Zonara tomo III *Annalium* prædicatus doctrinarum omnis generis amator, et in doctrinæ de motibus siderum eorumque effectibus versatus. De quo præter auctores, quos supra D

memoravimus, cum laude meminere, Bellarminus in lib. *De script. eccles.* sæculo IX ; Petrus Cantalius, lib. V *De Desipara*, cap. V ; Joannes Bonifacius, in *Historia virginali*, lib. II, cap. 12 ; Ferdinandus Quirinus de Salazar, in *Tract. de Conceptione*, cap. 42, sæculo X ; Ludovicus Jacob a Sancto-Carolo, in *Bibliotheca pontificia* lib. II, et in *Bibliotheca Cæsareo-Regia* nondum edita ; L. Claudius Clemens, in *Instructione Musei* lib. I, cap. 25 ; Joannes Serranus episcopus Acernensis, *De Conceptione beatæ Virginis*, lib. II, cap. 23, num. 9 ; Gregorius Gyraldus, *De poetis historicis*, dialog. V ; Laurentius Beyerlingh, in *Theatro vitæ humanæ*, variis in locis, aliisque permulti. Nonnulli tamen cum Leone illo Byzantio, stirpe Morocharzaniorum, cognomento pariter Philosopho, confundunt, qui, ut referunt Cedrenus et Glycas, sub Theophilo imperatore floruit, et rhetoricam, philosophiam, arithmeticam, reliquasque scientias in Antro insula didicit, ibi versatus cum Michaelo Psello præstante viro ; ab eoque principis tantum, et quibusdam præceptis dicendi instructos : neque tantum quantum desiderabat adeptus, monasteriorum per totam fere Græciam bibliothecas pervagatus, librosque in eis repositos perquirens, atque scrutans, studiosoque meditans, ad summum doctrinæ atque eruditionis fastigium pervenit, cum certo certius sit, Leonem illum usnequaquæ a nostro esse diversum. Nam ut alia inter eos discrimina, enumerata a Leone Allatio in sua de Psellis eorumque scriptis Diatriha, silentio prenam, ille licet a tradendæ philosophiæ munere, sive præstantia, qua ipse in philosophicis aliis superabat, cognomento philosophus, nunquam tamen fuit imperator Constantinopolitanus, sed archiepiscopus Thessalonicensis : quamvis postea, Simulacripedorum hæresi profligata, et ejus sectatoribus dejectis, ab episcopatu fuerit deturbatus. Noster vero Leo, quanquam ob omnis scientiarum generis perfectissimam cognitionem, et ob plurima, quæ etiam exstant in disciplinis omnibus laudabiliter conscripta, eodem Philosophi cognomento decoratus, nunquam fuit archiepiscopus Thessalonicensis, sed solum imperator Constantinopolitanus.

II

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΤΟΥ ΡΩΜΑΙΩΝ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΠΑΡΑΙΝΗΤΙΚΑ [ΞΓ] ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΕΑΥΤΟΥ ΥΙΟΝ ΛΕΟΝΤΑ,

ἔχοντα ἀκροστιχίδα ·

*Βασίλειος ἐν Χριστῷ βασιλεὺς Ῥωμαίων, λέγει τῷ πεποθημένῳ υἱῷ καὶ συμβασιλεῖ.*BASILII IMPERATORIS
ROMANORUM

EXHORTATIONUM CAPITA SEXAGINTA SEX AD LEONEM FILIUM :

Quorum acrostichis sic se habet :

Basiliius in Christo Romanorum imperator Leoni charo filio, et imperii collegæ.(BANDURIUS, *Imp. Orient.* tom. I, pag. 171.)

Περὶ παιδείσεως.

A

De litteris.

Βασίλειε τι χρῆμα καὶ σπουδαιότατον, οὐ μόνον βασιλεύσειν, ἀλλὰ καὶ ἰδιώταις, ἡ παιδείσις. Καὶ γὰρ τοῖς κερτημένοις αὐτὴν κατὰ σῶμα, καὶ κατὰ ψυχὴν τὰ μέγιστα ὠφελεῖ· τὴν μὲν διὰ τῆς μελέτης τῶν θεῶν λόγων· τὸ δὲ διὰ τῆς γυμνασίας τῶν κοσμίων ἔργων. Ταύτην οὖν σε, τέκνον ἠγαπημένον, ὁ πατήρ ἐγὼ καὶ συμβασιλεὺς, ἡγεμονεύουσάν σου τὴν βασιλείαν ἔχειν νοθεῶ. Αὕτη γὰρ καὶ βασιλείαν κοσμεῖ, καὶ τοὺς βασιλεύοντας ἀειμνήστους ἀποτελεῖ. Ὅσαπερ γὰρ ἡλίου ἐπὶ γῆς μὴ παρόντος, σκοτεινὰ τὰ πάντα καὶ ἀδιάκριτα, οὕτω καὶ παιδείσεως ἐν ψυχῇ μὴ παρούσης, πεφυρμένα τὰ πάντα καὶ ἀδιόρθωτα. Ἀρξάσαι οὖν παιδείας, τῆς ἰναρέτου· μόνη γὰρ ἀρετῆ τῶν κτημάτων ἀπάντων ἀθάνατος. Jacent universa. Eam igitur capesse disciplinam quæ sit eum virtute conjuncta : virtus enim sola ex iis quæ possideri queunt, deperire non potest.

Περὶ πίστεως.

B

De fide.

Ἀρχὴν τοῦ βίου παντός καὶ θεμέλιον ὀχυρὸν κτήσαι τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν εὐαγγελικήν. Προσκύνηε Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, Τριάδα ὁμοούσιον, ἀδιαίρετον καὶ ἀσύγχυτον, τὸν ἓνα καὶ μόνον Θεόν· καὶ τὴν ἑνωτικὴν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου πίστευε, δι' ἧς ὁ κόσμος ἐκ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς ἠλευθέρωται, καθὼς ὁ τῆς μητρὸς σου τῆς Ἐκκλησίας ὄρος ἀναεὶδάσκει. Αὕτη τῶν ἀρετῶν πασῶν ἡ τελειώσις. Αὕτη ἡ πίστις πάντων τῶν ἀγαθῶν τὸ κεφάλαιον. Ταύτην οὖν ἔχε παρακαταθήκην ἄσυλον, ἡ σοι γέγονε τροφὴ ἀπὸ σπαργάνων αὐτῶν. Ἐγὼ σοι ταύτης ὑπηρέτα διδάσκαλος, μὴ με καταισχύνης πατέρα φιλόστοργον· ὀφείλουσι γὰρ οἱ μὲν ζωγράφοι τοὺς χαρακτῆρας ἀναστήλουν, οἱ δὲ τῶν βασιλέων παῖδες, ἐμ-

Bona cum primis atque ad vitam recte instituendam perutilis res est litterarum cognitio, non solum regibus, sed etiam privatis hominibus. illis enim, qui sibi eas acquisiverunt, magnas affert commoditates et ad corpus et ad animum excolendum : hunc quidem studio sacrarum Litterarum, illud vero exercitatione bonorum operum. Quapropter, o mihi dilecte Leo fili, ego qui et pater et regni sum socius, admoneo, ut eam tibi imperii ducem adsciscas, quæ et regnis ornamento est, et reges immortalitate donat. Quemadmodum enim cum sol abest, obscura sunt omnia atque indiscreta, ita in animo nulla eruditione, nullisque litteris imbuto confusa atque inordinata jacent universa. Eam igitur capesse disciplinam quæ sit eum virtute conjuncta : virtus enim sola ex iis quæ possideri queunt, deperire non potest. Amplectere sinceram in Christum fidem, quæ vitæ totius initium et fundamentum inconcussam est. Adora Patrem et Filium, et Spiritum sanctum : Trinitatem consubstantialem, indivisam, atque inconfusam, unum videlicet ac solum Deum : ac Verbi Dei humana in carne œconomiam, id est, incarnationem credas, per quam homines a peccati servitute vindicati sunt, quemadmodum Ecclesiæ matris docet institutio. Hæc est fides bonorum omnium summa, hæc virtutum omnium perfectio. Hanc penes te tanquam depositum inviolabile retineas, qua et ab ipsis incunabulis educatus es, cujus ego ipse tibi magister exstiti : ne me, quæso, amantissimum tui patrem

dedecore afficias : sicuti enim pictores corporum A πνοι εἰκόνες τῆς τῶν πατέρων ἀναδεικνυσθαι ἀρε-
lineamenta, ita regum filii quasi vivæ imagines τῆς.

De honore sacerdotibus habendo.

Sanam habe mentem in iis, quæ ad rectæ fidei doctrinam pertinent, et summo honore prosequere matrem tuam Ecclesiam, quæ te in Spiritu sancto lactavit, et tuo capiti ad Dei per Christum laudem imperii coronam tecum imposuit. Si enim quos natura tibi dedit parentes debes revereri, multo magis eos qui te in spiritu Dei genuerunt, omni pietatis officio colere debes : illi enim duraturam ad tempus vitam liberis per generationem impertiuntur; isti vero æternam per regenerationem largiuntur. Honora ergo Ecclesiam, ut tu vicissim a Deo in honore habeare; et sacerdotes B
ejus reverere tanquam spirituales patres, et deprecatores pro nobis apud Deum. Non enim qui sacerdotibus habetur ad Deum refertur : et sicut propter te ministros tuos in honore habere justum est, ita et propter Deum sacerdotes ejus colere atque observare jus fasque est. Quemadmodum autem honor qui eis habetur ad Deum pertinet, ita eorum contumelia et contemptus longe etiam gravior ejus iram provocat.

De supremo judicio et retributione.

Persuasum habe corruptioni obnoxium esse mundum, quippe qui ortum habuit; sed post corruptionem rursus ad incorruptam integritatem esse reversurum; nihil enim eorum quæ a Deo creata sunt in nihilum unquam abibit, etiam si peccati lapsus et nos et omnem simul creatam naturam mortali dissolutioni adjudicavit. Ea autem ratione incorruptibilem esse mundum admittens C
confitere etiam mortuos ab inferis excitandos esse, et justam exspecta judicationem omnium quæ quisque in vita sua gesserit : nihil enim mali impunitum divinam justitiam effugiet, nihil boni non suo præmio coronatum latebit. Sic enim statuere apud te debes, neque interitura esse unquam bonorum merita, neque malorum supplicia sine finibus, quoniam utraque perpetuo duratura sunt, et neutrius finis ullus futurus est.

De elemosyna.

Limitem etiam mortis sæpe movet elemosyna, sicuti vulgo fertur; vita enim potest emi pecunia, cum propter vitam salutemque nostram Deus se muneribus sœcli patiat. Divitias ergo caducas in D
terra profundens, immortales tibi concervas in cælo, ut etiam quæ isthic sunt bona assequaris. Enimvero reapse inexhaustus est beneficentiæ thesaurus; dum enim dispergitur colligitur, et dum donatur recipitur : neque solum eos qui illum possident divites hic efficit, sed illic etiam beatos.

De diligentia et vigilantia.

In mente semper habeto parentum tuorum mores, et ad eorum exemplum vitam tuam studiose componito; neque enim oscitanter nos aut ignaviter in rebus gerendis versamur; sed ut vita nostra velut virtutis imago tibi proponatur sedulo agimus, in-

Περὶ τιμῆς ἱερέων.

Σῶν ἔχε τὸ φρόνημα πρὸς τὰ ἐρθόδοξα δόγματα, καὶ τίμα περισσῶς τὴν μητέρα σου τὴν Ἐκκλησίαν, ἥτις ἐν ἀγίῳ Πνεύματι σε ἐτιθήνησατο, καὶ σὺν ἐμοὶ διὰ Χριστοῦ ἐν Θεῷ τῇ κεφαλῇ σου τὸ στέφος ἐπέθηκεν. Εἰ γὰρ τοὺς σαρκικοὺς γονεῖς ὀφείλεις αἰδεῖσθαι καὶ τιμᾶν, πολλῶ πλεον τοὺς ἐν πνεύματι Θεοῦ σε γεγεννηκότας ὑπερτιμᾶν. Ἐκείνοι μὲν γὰρ πρόσκαιρον τὴν ζωὴν τοῖς τέκνοις χαρίζονται· οὗτοι δὲ τὴν αἰώνιον ζωὴν διὰ τῆς ἀναγεννήσεως προξενούσι. Τίμησον οὖν τὴν Ἐκκλησίαν, ἵνα τιμηθῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἱερεῖς αἰδοῦ, ὅλα πατέρας πνευματικούς, καὶ μασίτας ἡμῶν πρὸς τὸν Θεόν. Ἡ γὰρ τῶν ἱερέων τιμὴ εἰς Θεὸν ἀναφέρεται. Ὅσπερ γὰρ διὰ σὲ τοὺς σοὺς ὑπηρέτας τιμᾶσθαι δίκαιον, οὕτω καὶ διὰ Θεοῦ τοὺς αὐτοῦ ἱερεῖς τιμᾶν, ἴσδιόν τί ἐστι. Καὶ ὡσπερ ἡ εἰς αὐτοὺς τιμὴ ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναβαίνει, οὕτω καὶ ἡ εἰς αὐτοὺς ἀτιμία πολλῶ πλεον τὸν Θεὸν παροργίζει.

Περὶ κρίσεως καὶ ἀνταποδόσεως.

Ἰσθὶ πιστεύειν τὸν κόσμον εἶναι φθαρτὸν, ἐπειδὴ καὶ γέγονε· μετὰ δὲ τὴν φθορὰν, εἰς ἀφθαρσίαν πάλιν μεταποιούμενον. Οὐδὲν γὰρ τὸν παρὰ Θεοῦ γεγονότων εἰς τὸ μὴ ὂν χωρήσει, κἂν τὸ τῆς ἁμαρτίας παράπτωμα ἕμα ἡμῶν καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐπιδαλύσει συγκατεδάσασεν. Ἀφθαρτὸν δὲ τὴν κτίσιν πάλιν, ἤγουν τὸν κόσμον, ἀπεχδεχόμενος, καὶ νεκρῶν ἀνάστασιν ὁμολογεῖ, καὶ κρίσιν δικαίαν τῶν ἐκάστω βεβιωμένων ἀνάμνε. Οὐδὲν γὰρ κακὸν ἀτιμώρητον τὴν θέλαν διαφεύξεται δίκην, οὐδέ γε καλὸν ἀστεφάνωτον διαλάβῃ. Μῆτε γὰρ τὰ τῶν ἀγαθῶν γέρα λογίζου θνητὰ, μήτε μὴν τὰς τῶν φαύλων κολάσεις τέλος δεξέσθαι ποτε. Ἀμφοτέρα γὰρ αἰώνια ἔχει τὴν διαμονήν, καὶ ἐν ἀμφοτέροις ἔσται τὸ ἀτελεύτητον.

Περὶ ἐλεημοσύνης.

Λύει καὶ ὄρον θανάτου ἡ ἐλεημοσύνη πολλάκις, κατὰ τὸ φάσκον ῥητόν. Καὶ χρημάτων γὰρ, ὡς εἶπεν, ἐστὶν ὠνητὴ ἡ ζωὴ, ὅπταν ὁ Θεὸς διὰ τὴν ἡμετέραν ζωὴν καὶ σωτηρίαν δωρολήπτῃς ἦ. Πλοῦτον οὖν σκορπίζων θνητὸν ἐπὶ γῆς, πλοῦτον συνάγεις ἀθάνατον ἐν οὐρανῷ, καὶ προσπορίζεται σοὶ καὶ τὰ ἐνταῦθα ἀγαθὰ. Καὶ γὰρ ἀληθῶς ἀδαπάνητός ἐστι τῆς εὐποιίας ὁ πλοῦτος· σκορπίζόμενος γὰρ συνάγεται, καὶ διδόμενος πάλιν λαμβάνεται· καὶ οὐ μόνον ἐντεῦθεν τοὺς κεκτημένους αὐτὸν πλουσίους ποιεῖ, ἀλλὰ κάπειθεν μακαριστοὺς ἀποδείκνυσι.

Περὶ ἐπιμελείας καὶ ἐργηθρόσεως.

Ἐχε κατὰ νοῦν τοὺς γονικοὺς σου τρίπους διηγεκῶς, καὶ τούτοις τὸν σὸν βίον ἐπιμελῶς κατάρτιζε. Οὐδὲ γὰρ ὀλιγώρω; ἡμεῖς, οὐδὲ βραθύμως περὶ τοὺς ἀγῶνας διατελοῦμεν, ἀλλὰ τῆς ἀρετῆς εἰκόνες σοὶ προχεῖσθαι φιλονεικοῦμεν· ἐπιψόγον μὲν τὸν δυνον

ηγούμενοι, ἐν ἐπιθυμίᾳ δὲ τὸν πόνον ποιοῦμενοι. Μηδὲ παρὰ καιρὸν χρώ τοῖς πράγμασιν, ἀλλὰ γυμναζεσθε αὐτὸν, ἀπολαύειν μὲν τῶν δοκούντων ἐν βίῳ ἀγαθῶν, ὡς θνητὸς, ἐπιμελεῖσθαι δὲ τυχεῖν τῶν μελλόντων, ὡς ἀθάνατος.

Περὶ συναναστροφῆς χρησίων ἀνδρῶν.

Ἰατροῖς ψυχῶν ὄμλει συνεχῶς, ἵνα εὐεκτηὶν ἔχησιν κατὰ ψυχὴν. Μάθοις γὰρ ἀνὰ παρ' αὐτῶν, τίνων χρὴ πραγμάτων ὀρέγεσθαι καὶ τίνων ἀπέχεσθαι, καὶ τίσι τῶν ἀνθρώπων συναναστρέφεσθαι, τίνας δὲ ἀποστρέφεσθαι, καὶ πῶς τὸν σὸν βίον οἰκονομήσεις, ἵνα μὴ συχνοῖς τοῖς νοσήμασι περιπέσης. Εἰ γὰρ ταύτην ἐπιφέρει τὴν ὁδὸν, τοῦ τῆς ἀρετῆς ἀκριβοῦς ὄρου γνησίως ἐπιπέσει δυνήθησιν.

Περὶ ἀρετῆς.

Οὐχ οὕτω τὰ τοῦ κόσμου πάντα ταρπνά, ὡς ὁ τῆς ἀρετῆς πλοῦτος τὸν βασιλεῖα κοσμεῖ. Τὸ μὲν γὰρ κάλλος καὶ ἡ εὐπρέπεια ἡ νόσος ἡ χρόνῳ μαραινεται· πλοῦτος δὲ βραθυμίας καὶ ἡδονῶν ὑπάρχει πατήρ. Ῥώμη μὲν γὰρ τὰ μὲν σώματα ταῖς νίκαις κοσμεῖ, ταῖς δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιμελείαις ἐπισκοπεῖ. Ἡ δὲ κτήσις τῆς ἀρετῆς, οἷς ἀνὰ προσγένηται, καὶ πλοῦτου καὶ εὐγενείας χρησιμωτέρα ἐστὶ· καὶ ἄνω ἄλλοις ἀδύνατα δοκεῖ, αὐτῇ ταῦτα σὺν Θεῷ δυνατὰ παρῆσθαι.

Περὶ ἐπιθυμίας.

Σώματος ἐπιθυμία εὐμόρφου μὴ σοῦ καταναίησσι, οὐκ ἰσχυρῶς, ἀλλ' ὅλιγον ἄξιον τὸ τοιοῦτον. Σῶμα γὰρ ἄρμα ὀλίγον χίμα πάλιν ὀλίγον. Μήτε οὖν ἐπ' εὐγενείᾳ σώματος ἐπαρῆθῃς, μήτε μὴν δυσγένειαν ἐξουθενώσης, μήτε κάλλι ἀγρευθῆς, μήτε δυσμορφίαν ἀποστραφῆς, ἀλλ' ὄρα τὸ κάλλος τὸ τῆς ψυχῆς, καὶ ἐρατῶ πνεύματι τὴν ψυχὴν. Ἐρως γὰρ ἐκεῖνος μόνος ἀληθῆς καὶ ἀθάνατος, οὐχ ὅς τις ἄμα τῶ τυχεῖν εὐθὺς ἀπογίνεται, ἀλλ' ὅς μετὰ τὸ τυχεῖν μᾶλλον ἐπιγίνεται.

Περὶ τῆς τῶν τρόπων ἀρετῆς.

Ἐλαθεὶς ἐκ Θεοῦ βασιλείαν, φύλαξον αὐτὴν ὡς παρακαταθήκην ἔσουλον· μὴ φαῦλος ὄψῃς τοῦ δεδομένου σοι φύλαξ· μήτ' ἀγενεὶς, μήτ' ἀνάξιον αὐτῆς διαπράξῃ. Ἄλλ' ὡσπερ βασιλεύειν τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων προεκρίθης κατὰ τὴν ἀξίαν, οὕτω προτιρεῦειν τῶν ὑπὸ χεῖρα πάντων σεαυτοῦ καὶ κατ' ἀρετήν. Ἡ γὰρ ἀρετὴ κρείττων ἐστὶ παντὸς ἀξιώματος. Εἰ οὖν κατὰ μὲν τὸ ἀξίωμα κυρεῖσθαι ἀπάντων, κατὰ δὲ τὴν ἀρετὴν ὑπὸ τινῶν κυρεῖσθαι, κατὰ μὲν τὸ ἔλαττον εἰ βασιλεὺς, κατὰ δὲ τὸ κρείττον ἀληθῶς οὐκ εἰ βασιλεὺς, ἀλλ' ὑπ' ἑτέρων βασιλεύμενος. Μὴ οὖν νόθος γίνου δεσπότης ἐν τῷ ὑπ' ἑτέρων κρατεῖσθαι, ἀλλὰ βασιλευε ἀληθῶς ἐν τῷ πάντων κρατεῖν κατὰ τὸ μέρος τῆς ἀρετῆς.

Περὶ σωφροσύνης.

Νίκας σοι καὶ τρόπαια κατ' ἐχθρῶν τότε παρέξει Θεός, ὅπου ἂν αὐτὸς τρόπαια καὶ νίκας στήσεις κατὰ τῶν παθῶν. Νικῶντι γὰρ σοι τοὺς ἀοράτους ἐχθρούς, ἐπάναγκίς ἐστὶ νικῆν καὶ τοὺς ὄρατούς. Ὅταν γὰρ ὡς ἀνδράποδον αἱ ἡδοναὶ νικῆν καὶ παρασύρῃν ἰσχύουσιν, οὐκ εὐδοκίσει Θεὸς ἐλευθερίας νίκης τιμηθῆναι

tiam in vitio ponentes, et laborem in laude ducentes. Ne igitur intempestive rebus utaris, sed ita te compara, ut et iis quæ hac in vita esse videntur, commodis fruares, ut mortalitatis, et futura bona consequere, ut immortalis.

De consuetudine utilium virorum.

Cum medicis animorum assidue versare ut ipse animo valeas : ab iis enim discere poteris quas res appetere, et a quibus abstinere debeas ; quibus cum hominibus consuescere, et a quorum consuetudine abhorreere, et quomodo vitam omnem moderari oporteat, ut ne in frequentes morbos incidas. Si hanc enim institeris viam, ad veræ solidæque virtutis limites revera pervenire poteris.

De virtute.

Haud tantum vitæ jucundæ res, quantum solæ virtutis opes regibus afferunt ornamenti. Forma enim ac decor aut morbo aut ætate marcescunt. Divitiæ voluptatum atque ignavitiæ plerumque sunt fomites : at vero robur corpus quidem victoriis honestat, sed animi luminibus offuscit. Virtutis autem possessio quibus contigerit, et divitiis et nobilitate præstantior est ; et quæ aliis fieri non posse videntur, hæc illa Deo favente ad faciendum reddit expedita.

De cupiditate.

Impotenti formosi corporis cupiditate vide ne unquam capiaris : nam illud exigui pulveris pretio debet æstimari ; corpus enim mox paululum erit pulveris. Ergo neque nobilitate corporis offeraris neque ignobilitatem despicias, neque forma captus tenearis, neque deformitatem averseris : sed animi pulchritudinem intueri, et mente animum amare ; ille demum verus est amor atque immortalis, qui non simul atque potitus fueris evanescit, sed quo plus potiaris eo adolescit magis.

De virtute morum.

Numinis beneficio regnum accepisti ; custodias illud tanquam depositum quod incolume servari debet : cave autem ne malus illius custos videaris, ne degeneris aliquid aut indigni committas ; sed sicuti cæteris prælatus es, ut imperares, ita contende ut virtute quoque cæteris antecellas ; virtus enim omni dignitate præstantior est. Si ergo dignitate quidem reliquis præstas omnibus, virtute autem ab alio superaris, imperator es in eo, quod minoris excellentiæ est : in eo vero quod præclarior est, imperator non es, imo alterius imperio subes. Ne sis ergo veluti supposititius atque adulterinus dominus, cum alius te præstantior reperiat ; sed verus imperator, cum cæteris omnibus virtute præcellas.

De temperantia.

Concedet tibi Deus victorias ac triumphos adversus hostes, cum de donitiis animi cupiditatibus victorias ac trophæa retuleris : si enim invisibiles hostes deviceris, visibiles etiam necessario superabis. Sed quem voluptates ut vile mancipium pessundare ac transversum agere valent, nun-

quam Deo lubebit eum victoriae honore condecorare: qui vero animi motus voluntario labore frenaverit, is in certum argumentum futurae postea retributionis aeternorum bonorum, etiam in hac vita de inimicis concessam sibi a Deo quasi debitorum victoriam reportabit.

De fidelibus amicis.

Majori te gaudio sincerum amicorum studium afficiat, quam propinquorum: nam consanguineorum amicitia non a virtute, sed a natura proficiscitur, quippe quae ne voluntaria quidem merito censeri possit, sed amicorum in te benevolentia a virtute et libero arbitrio nascitur; et illa quidem naturam, haec autem Deum habet auctorem. Verum ubi quid opus est, longe major habenda ratio morum est, quam sanguinis, et voluntatis quam necessitatis: nam propinqui saepenumero etiam exiguae pecuniae causa parentibus insidias moluntur; veri autem amici totius mundi divitias nihili facientes, etiam vitam ipsam praecuram amicum charitate vilem habent.

De fortitudine et prudentia.

Robur corporis magni facito, atque in pretio habeto si cum prudentia conjunctum est: quantum enim prodesse cum prudentia, tantum nocere absque ea solet iis, qui sunt illo praediti. Vis enim consilio temperata hominem figurat; si vero amentiae comes est, bestiam ratione carentem depingit ac format. Proba igitur eos qui prudenti robore, non qui stolido utuntur: siquidem vis eum stoliditate conjuncta temeritas, cum prudentia vero fertitudo appellatur.

De modestia.

In te propitium si Deum habere vis, ipse subjectis tuis esto propitius; nam etsi aliorum dominus es constitutus, ipse tamen etiam servus es; unum enim ac solum universorum Dominum omnes habemus, ac limus terrae generis nostri auctor idem ac propagator est; etsi alii adversus alios, qui nihil nisi pulvis sumus intumescimus. Tu igitur qui nunc sublime elatus pulvis es, memento quantumcunque modo emineas, futurum aliquando ut ad terram deprimaris: ita nunquam adversus humiliorem pulverem animo effereris. Recordare peccatorum quae in Deum commisisti: ita fiet ut si quid proximi in te peccarint, obliviscaris.

De prudentia.

Reputa, quae, quanto sit apud omnes in honore prudentia, et quam vehementer ab omnibus expectatur; omnes enim eam laudant ut bonam, sed non omnes laborant ut eam adipiscantur: quo sit ut raro qui ea praeditus sit reperire possis. Tu vero da operam non solum ut eam contubernalem habeas, sed etiam si quis est qui illam teneat, ut eum observes, atque in pretio habeas, et cum illo frequens nocte dieque verseris: ille enim solus animum tuum juvare plurimum poterit, et quae tibi plerumque in angustiis rebus inexplicabilia vide-

ποτε· δε ἐκ τὴν κατὰ τῶν παθῶν νίκην τοῖς ἰκκουσίοις ἀναδέχεται· πόνους, εἰς δαίγμα σαφὲς τῆς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἀντιδόσεως, καὶ τὴν κατ' ἐχθρῶν νίκην χρωστικῶς αὐτῷ χορηγομένην κομίζεται παρὰ Θεοῦ.

Περὶ φίλων πιστῶν.

Χαίρει τοῖς σπουδάζουσι περὶ σὲ τῶν φίλων, μᾶλλον, ὡς ἀληθεῖς, ἢ τοῖς γένει προσήκουσι. Ἡ μὲν γὰρ τοῦ γένους φιλία, οὐκ ἐξ ἀρετῆς, ἀλλ' ἐκ φύσεως περιγέγονεν, ἥτις οὐδὲ ἰκκουστος εὖν δίχη κριθείη. Ἡ δὲ ἀγάπη τῶν φίλων ἐξ ἀρετῆς καὶ γνώμης ἰκκουστοῦ κατῳρθῶται περὶ σέ. Κάκεινη μὲν τὴν φύσιν ἔχει νόμον, αὕτη δὲ τὸν Θεόν. Πολλῶν γὰρ κρείττων ἐν χρεῖα καὶ ὁ τρόπος τοῦ γένους, καὶ ἡ προαίρεσις τῆς ἀνάγκης. Συγγενεῖς μὲν γὰρ συγγενεῖς πολλάκις μικρῶν ἕνεκα χρημάτων ἐπαβοῦλευσαν· φίλοι δὲ ἀληθεῖς τὸν κόσμον ἅπαντα παριδόντες, οὐδὲ τὴν ζωὴν αὐτῆν τῆς τῶν φίλων ἀγάπης προέκριναν.

Περὶ ἀνδρείας καὶ φρονήσεως.

Ῥώμην σώματος καὶ τίμα καὶ ἀποδέχου, ἐὰν καὶ φρονήσει κοσμεῖται. Ὅσον γὰρ μετὰ φρονήσεως ὠφέλει δύναται, τοσοῦτον ἄνευ φρονήσεως βλάπτει τοὺς ἔχοντας εἰσθεῖν. Ἰσχύς γὰρ ἐμφορῶν ἀνθρωπίνων χαρακτηρίζει· εἰ δὲ ἀφροσύνη ταύτη παρέπεται, θηρίον ἄλογον ἐξεικονίζει. Ἀποδέχου τοίνυν μὴ τοῖς ἀφροσι Ῥώμη, ἀλλὰ τοῖς ἐμφορῶν χρωμένοις. Ἡ μὲν γὰρ μετὰ ἀφροσύνης Ῥώμη θράσος λέγεται· ἡ δὲ μετὰ φρονήσεως, ἀνδρεία.

Περὶ ταπεινοφροσύνης.

Ἰσθεὺν ἔχειν βούλει περὶ σὲ τὸν Θεόν; Ὡσεὺς γενοῦ περὶ τοὺς ὑπηκόους καὶ αὐτὸς. Κἂν γὰρ δεσπότης ἐκρίθης, ἀλλὰ καὶ σύνδουλος ὑπάρχεις. Ἔνα γὰρ δεσπότην τῶν ὄλων καὶ μόνον κεκτήμεθα πάντως ἄνθρωποι· καὶ πηλὸς ἡμῶν τοῦ γένους εἰς ὑπάρχει προπάτωρ, καὶ κατ' ἀλλήλων οἱ χόες φυσώμεθα. Μέμνησο τοίνυν ὁ ὑψηλὸς χόος σεαυτοῦ, καὶ εὖ ἴσθι ὡς ὅπου δ' ἂν ὑψωθῆς ἀπὸ γῆς, πάντως πάλιν κατανεχθήσῃ πρὸς γῆν· καὶ οὐδέποτε κατὰ χόος ἐπαρθῆσῃ ταπεινοῦ. Μέμνησο τῶν σεαυτοῦ σφαλμάτων πρὸς Θεόν, καὶ ἐπιλήσῃ τῶν τοῦ πλησίον σφαλμάτων πρὸς σέ.

Περὶ φρονήσεως.

Σκόπει κατὰ σεαυτὸν, ὅτι πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ φρονησις τιμωτάτη καθέστηκεν, πᾶσι δ' ὑπάρχει εἰς σπουδῆς. Πάντες μὲν γὰρ αὐτὴν ὡς ἀγαθὴν ἐπαινοῦσιν, οὐ πάντες δὲ κτήσασθαι πονοῦσι. Διδὸ καὶ σπανιώτατον εὖροις ἂν τὸν ταύτην κτησάμενον. Μὴ μόνον εὖν αὐτὸς σπουδάσῃ; τὴν φρόνησιν σύνοικον ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τὸν ταύτην κεκτημένον αἰδοῦ, καὶ τίμα, συναναστρέφου αὐτῷ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν νυκτί. Ἐκεῖνος γὰρ σε δύναται μόνος ὠφελῆσαι τὰ μέγιστα εἰς ψυχὴν· καὶ ἂ πολλὰκις ἀμύχανά σοι δοκοῦσι παραθῆναι ἐν περιστάσει, ταῦτα δι' αὐτοῦ βραδίως εὖν

Θεῶ κατωρθώσῃς· Ἡ γὰρ φρόνιμον εἶναι σε δεῖ, ἢ ἄφρονοις συνέπεσθαι, ἐν οἷς ἀληθῶς, ὡς ἐπὶ θρόνου Θεοῦ ἀναπαύεται.

Περὶ τρόπων τοῦ βίου καὶ λόγου.

Τρόπος ἔστω σοι τοῦ λόγου πιστότερος, ἵνα μὴ μόνον λέγων, ἀλλὰ καὶ σιωπῶν, τὸ αἰδέσιμον ἔχῃς. Ἀλλὰ μὴδὲ τοὺς λόγῳ μὲν πιθανούς, ἔργῳ δὲ τοὺς λόγους μὴ βεβαιούντας ἀποδέχου. Εἶσι γὰρ οἱ λόγῳ μὲν εἰσὶν ἀγαθοὶ, ἔργῳ δὲ καὶ λίαν αἰσχροί. Μῆτε οὖν αὐτοὺς εἶναι τοιοῦτος θέλε, μῆτε μὴν ἑτέρους περὶ σὲ τοιοῦτους εἶναι καταδέχου· ἀλλ' ἐκείνους στέργε καὶ οικειοῦ, οἷσιν οὐ κοσμοῦσι τοὺς τρόπους λόγῳ, ἀλλὰ τοὺς λόγους τρόπῳ. Καὶ ἂ πάλιν πράττειν αἰσχύνη, ταῦτα λέγειν μὴ ἀναισχύνεται· μὴδὲ ἂ λέγειν αἰσχύνη, ταῦτα πράττειν διαλογίζου.

Περὶ μελέτης τῶν θείων Λόγων.

Ὅσπερ τὰ νεοθαλῆ τῶν φυτῶν ἀρδευόμενα ταῖς ὕδασι θάλλει καὶ καρποφορεῖ, οὕτω καὶ ἡ σὴ διάνοια, τέκνον ἐμὸν, ἀρδευομένη ταῖς τῶν θείων λόγων μελέταις, εἰ μᾶλλον αὐξηθήσεται καὶ καρποφορήσει τὰς ἀρετάς. Σῶμα μὲν γὰρ αἱ κατάλληλοι τροφαὶ λιπαίνουσι· ψυχὴν δὲ οἱ πνευματικοὶ λόγοι διατρέφουσιν. Ἄλλ' ἐκείνη μὲν γὰρ ἡ τροφή, μέχρι φάρυγγος ἤδη, καὶ φθορὰν αὐξεί, καὶ ὑπὸ φθορᾶς αὐξάνεται καὶ δαπανᾷται. Ἡ δὲ τῆς ψυχῆς τροφή ἀίδιον ἔχει τὴν εὐφροσύνην, καὶ ἀφθαρσίαν προξενεῖ, καὶ εἰς ἀφθαρσίαν μεταχωρεῖ. Μελέτην οὖν ποιοῦ τῶν τοιοῦτων ὠφελίμων λόγων, ἵνα τοὺς ἐξ αὐτῶν καρποὺς ἐργυρήσῃς καὶ καλῶς τῆν βασιλείαν διοικήσῃς.

Περὶ βουλήs.

Βουλῆs ἀρίστηs οὐδὲν ἀσφαλέστερον, καὶ πράξεως ἀπροβουλεύτου οὐδὲν σφαλερώτερον. Ἴνα οὖν μετὰ ἀσφαλείας πράττης ἂ βούλει, αἰροῦ προβουλεύεσθαι ἂ πράττεις. Μετὰ μὲν γὰρ τὸ πράξει οὐκ ἐνὶ προβουλεύεσθαι, μετὰ δὲ τὸ βουλεύεσθαι δυνατόν σοι μεταβουλεύεσθαι. Ὅρα οὖν ἐκάστου πράγματος τὸ τέλος, καὶ οὕτω τῆs πράξεως ἀπάρχου. Συμβούλοις δὲ χρῶ τοῖς καλῶς περὶ τῶν οικειῶν βουλευσαμένοις καὶ διοικήσασιν, ἀλλὰ μὴ τοῖς κακῶς ἐξ ἀβουλίας· τὰ ἐαυτῶν οικονομήσασιν. Ὅ γὰρ κακῶς περὶ τὰ οικεῖα διατρεθείς, οὐδέποτε καλῶς βουλεύεται περὶ τῶν ἀλλοτρίων. Ἀλλὰ μὴδὲ τοῖς ἀπείροις περὶ ὧν ἂν βούλει πραγμάτων ἀνακίνοῦ, μῆτε μὴ ταῖς κολακείαις περὶ σὲ χρωμένους. Οἱ μὲν γὰρ, ὡς τυφλοὶ, ἀνεπιστημόνως βουλεύονται, οἱ δὲ κατὰ χάριν σοι προελύθονται. Ἄλλ' ἐκεῖνοις μάλιστα συμβουλευέου οἱ καὶ περὶ τὸ ἐπίστασθαι περὶ τῶν πραγμάτων ὁρθῶς ἔχουσι, καὶ οἱ μάλιστα ἐπὶ τοῖς ἐσφαλμένοις σοι πολλάκις διελέγχειν εἰώθασιν· μόνοι γὰρ οὗτοι καὶ φίλων καὶ συμβούλων [εἰς] τάξιν πιστεύεσθαι ἄξιοι.

Περὶ ἀγγελίας καὶ σωφροσύνης.

Ἄγνην σαυτοῦ τήρει μὴ μόνον τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν διάνοιαν. Ὅσπερ γὰρ ὁ διεφθαρμένος βίος χωρίζει Θεοῦ, οὕτω καὶ ἡ ἐν ἀγγελίᾳ ζωῆ οικειοῦ πρὸς Θεόν. Ἐστω οὖν τὸ φῶς σου λαμπρὸν ἐνώπιον τῶν

buntur, ea per illum, Deo juvante, expedite perficies : aut enim te prudentem esse oportet, aut uti consilio prudentum, in quibus quasi in solio suo Deus conquiescit.

De vita et oratione.

Tui mores ejusmodi sint, ut fide digniores habeantur quam sermones, quo te non solent quentem, sed tacentem etiam revereantur homines : neque eos tibi adscisce qui verbis probi factis ea non confirmant. Sunt enim nonnulli qui cum honestissime loquantur, turpissime vivunt. Cave ergo ne aut tu similis eorum sis, aut eis similes tibi adjungas ; sed eos dilige et tibi in contubernium adhibe qui non mores verbis, sed verba moribus cohonestant. Et quæ te facere pudet, ea dicere te quoque pudeat, et quæ dicere pudor vetat, ne cogitare quidem lubeat.

De studio sacrarum Litterarum.

O fili, quemadmodum teneræ plantæ aquis irrigatæ virescunt ac fructus ferunt, ita mens tua sacrarum Litterarum studiis irriguâ magis augetur, ac virtutum fructus procreabit ; nam corpus quidem saginatur cibis qui alius super alium infarciuntur ; animus vero sanctis sermonibus alitur ac vegetatur ; sed hoc interest quod cibus ille corporis ad fauces usque suavis, et corruptionem auget, et a corruptione augetur, ac tandem absumitur ; animi vero alimentum sempiternam venti affert lætitiâ, et incorruptionem parit, et ad immortalitatem deducit. Meditare ergo ita frugiferos sermones, ut et eorum fructibus perfruaris, et regnum tuum sapienter administres.

De consilio.

Res nulla securior est quam sapiens consilium, nihilque periculosius, quam inconsulto rem ullam aggredi : ut ergo tuto facias quæ vis, velis antea consultare quæ facis : post factum enim consultandi locus amplius non est. Sed post initam deliberationem mutare etiam licet consilium. Perpende igitur quorsum res quæque evadere queat, atque ita demum ad illam accingere. In consilio autem eos adhibe, qui rebus suis bene consuluerunt, atque eas recte administrarunt, non eos qui per inopiam consilii res suas male gubernarunt ; qui enim rebus suis male prospexerit, nunquam bene providebit alienis. Neque vero communica cum imperitis earum rerum, de quibus consilium capis, neque cum iis quos adulari tibi senties : illi enim ut cæci ignorantèr tibi consilium dabunt ; hi autem etiam errata tua laudabunt : sed eos potissimum in consilium assume, qui et scienter de iis rebus loqui possint, et de tuis erratis confidenter te reprehendere soleant ; illi enim soli digni sunt, qui in amicis et consiliariis habeantur.

De castitate et temperantia.

Omni labe impudicitæ purum conserva non solum corpus, sed etiam animus tuum. Quemadmodum enim impudica vita a Deo nos separat, ita in castitate transacta nos ei conciliat. Sit

ergo lux tua splendida et clara in oculis tuorum ; et esto perfecta imago virtutis eis qui sub tua ditione vivunt ; nisi enim pudicitiam ipse servaveris, qua fronte eos, qui tuæ dominationi subjecti sunt ad eam servandam cohortaberis ? Nam quæ facientem te viderint, ad eadem quoque facienda incitabuntur : solent enim ad exemplum principis mutari subjecti. Sicut ergo nisi in animum indueris recte vitæ instituire, gravis detrimenti causa subjectis eris : ita si pudicitiam cum cæteris virtutibus colueris, salutis auctor universo populo eris, et inde eam mercedem referes, ut non solum te Deo dignum, sed eos etiam qui tibi obediunt præstitisse iudicaris.

De pietate erga parentes.

Coronam a Deo datam de manu mea suscepisti. Redde ergo donatori munus eo dignum. Honora Deum qui te honoravit per honorem quem patri tuo deferes : me autem honorabis non eodem penitus modo quo subjecti faciant, nempe aut genuflectens aut latius meum stipans, aut mihi bene precans : ista enim princepi viro non satis digna sunt ; sed potius virtutem colens, temperantiam sequens, mores tuos exornans, litterarum studia capessens, quibus animi juvenum excoli solent, et ut in summa dicam ita te comparans, ut terreno hoc imperio dignus habere, ac cælorum regis imaginem representes. Is enim solus merito vocabitur imago Dei a quo in regni solio collocatus est, qui omnimodam virtutem amplexatur : isque optimo jure secundo loco post Deum a subjectis amabitur, et tanquam de se suisque optime meritis omni honore dignus habebitur.

De justitia.

Administrationem regni ut omni reprehensione vacuam præstes, quæ in aliis reprehendis hæc ipse facere ne audeas : sunt enim plerumque subditi ad principum actiones examinandas acerrimi. Si enim id diligenter observaveris, duo isthæc maximi momenti commoda consequeris : te enim ir-reprehensum adversus omnes calumnias præstabis, et subjectos tuos non dicendo solum, sed etiam tacendo virtutem omnem exercere docebis. Si vero dictis tuis facta minime respondent, accusatricem tui conscientiam habebis : at si probos sermones similes actiones consequantur, eos qui te observant, tuæ prohibitæ et testes simul et imitatores habebis omni exceptione majores.

De beneficentia.

Nullius eorum qui aut a te munera postulant, aut dignitates ambiunt, mores tibi lateant : cumque satis eos perspexeris, benefac duntaxat bonis : ab eis enim perpetuam recipies benevolentiam, quæ nullo unquam tempore vacillatura sit. Beneficium enim apud virum bonum collocatum thesaurus est nullis raptoribus obnoxius, qui multiplicem collatori refert gratiam : qui autem improbo bene facit serpentem in sinu alit, isque aliquantis per ipsius calore fovetur, sed oblata oc-

A ὑπὸ χεῖρα, καὶ ἀγαθὴ γενεὸς τοῖς ὑπηκόοις εἰκῶν. Εἰ γὰρ αὐτὸς τὴν ἀγγελίαν οὐ τηρήσεις, ποίῳ προσώπῳ τοὺς ὑπὸ σὲ ταύτην ἔχειν νοουθετήσεις ; Ἄ γὰρ ἂν σε πράττοντα θεωρῶσι, τὰ αὐτὰ καὶ αὐτοὶ πράττειν συνεχθῶσι· πέφυκε γὰρ πῶς ταῖς ἀρχαῖς συµµεταβάλλεσθαι τὸ ὑπῆκοον. Ὡς περ οὖν, εἰ μὴ καλῶς βιοῦν προαιρήσῃ, τῆς τῶν ὑπηκόων βλάβης αἰτίος ὑπάρξεις, οὕτω τὴν ἀγγελίαν μετὰ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν ἐξασκῶν, πρόξενος τοῦ λαοῦ σου παντὸς τῆς σωτηρίας γενήσῃ, καὶ μέγαν σεαυτῷ τὸν μισθὸν ἐντεῦθεν περιποιήσῃ, τῷ μὴ μόνον σεαυτὸν ἀξίον θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπὸ χεῖρα γενέσθαι παρασκευάζειν.

Περὶ τιμῆς γονέων.

B Στέφανον ἐκ θεοῦ διὰ τῆς ἐμῆς ἐδέξω χειρὸς. Ἄμειψαι τῷ δεδωκότι τὸ ἀντάξιον δῶρον. Τίμησον θεὸν τὸν σε τιμήσαντα διὰ τῆς εἰς τὸν γεγεννηκότα τιμῆς. Ἐμὲ δὲ τιμήσεις, οὐ καθάπερ τινὲς τῶν ὑπηκόων, ἢ γονυπετῶν, ἢ δωροφορῶν, ἢ ἐπευφημῶν· ἀνάξια γὰρ ταῦτα βασιλέως ἀνδρός· ἀλλὰ τιμῶν μὲν τὴν ἀρετὴν, ἀσκῶν δὲ τὴν σωπροσύνην, κοσμῶν δὲ σου τὸ ἦθος, σπουδάζων δὲ περὶ τοὺς λόγους, οἷς ἡ τῶν νέων καλλωπίζεται γνώμη· καὶ ἀπλῶς οὕτω σεαυτὸν παρασκευάζων ἀξίον βασιλεύειν τῶν ἐπὶ γῆς, καὶ εἰκόνα τοῦ βασιλέως τῶν οὐρανῶν. Μόνος γὰρ ὁ τῆς ἀρετῆς ἐφικέσθαι δυνάμενος εἰκῶν τοῦ καταστήσαντος αὐτὸν θεοῦ δικαίως κληθήσεται, καὶ μετὰ θεὸν παρὰ τῶν ὑπηκόων εἰκότως ἀγαπηθήσεται, καὶ ὡς εὐεργέτης κοινὸς ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν, ἀξίως τιμηθήσεται.

Περὶ δικαιοσύνης.

Γίνα σου τὴν βασιλείαν ἀμεμπτον διαφυλάξης, ἄπερ ἂν ἐτέροις πράττουσιν ἐπιτιμήσεις, ταῦτα πράττειν αὐτὸς μὴ ἐπιχειρήσῃ· δεῖνον γὰρ πῶς τὸ ὑπῆκοον τὰς τῶν ἀρχόντων πράξεις λογοθετεῖν. Εἰ γὰρ τοῦτο φυλάξης, δύο ταῦτα μέγιστα κατορθώσεις, καὶ σεαυτὸν ἀνέγκλητον παντὸς μώμου διατηρήσεις, καὶ τοὺς ὑπὸ χεῖρα διδάξεις, καὶ σιωπῶν καὶ λέγων, πᾶσαν ἀσχεῖν ἀρετὴν. Εἰ δὲ ἐναντία, ὧν λέγεις, πράττεις, ἔξεις σου κατήγορον τὴν συνείδησιν· εἰ δὲ λέγων ἀγαθὰ, τὰ ὅμοια πράττεις, ἔξεις τοὺς λογοθετοῦντάς σου τὸν βλον ἐμοῦ καὶ μάρτυρας, καὶ μιμητάς σου τῆς καλοκαγαθίας ἀπαργαράπτους ἔξεις.

Περὶ εὐεργεσίας.

Λανθανέτω σε μηδεὶς τῶν παρὰ σοῦ δωρεὰς αἰτούντων, ἢ ἀξιώματα ἐπιζητούντων, καὶ τούτους ἀναλαμβάνων, τοὺς ἀγαθοὺς εὖ ποιεῖ. Ἐξεις γὰρ αἰεὶ τὴν εὐνοίαν διαπαντὸς, ἢ μάλλον εἰπεῖν, ἀδιάπτωτον. Ἄσυλος γὰρ θησαυρὸς παρ' ἀνδρὶ σπουδαίῳ, καὶ πολυπλασίων ἢ χάρις παρ' αὐτοῖς ἐποφείλεται. Ὁ δὲ τοὺς καχοὺς εὐεργετῶν, ἐγκόλπιον ἔχει τὸν ὄφιν, ἐν καιρῷ μὲν θαλπόμενον, ἐν καιρῷ δὲ τὸν εὐεργετήν τοβόλυ δῆγματι ἀμυνόμενον. Ὡς περ γὰρ οἱ ἄλλοτριοὶ κύνες τῶν σιτιζόντων ξίλων καθυλακτοῦσιν, οὕτως

οἱ κακοὶ τοὺς ὠφελούντας, ὡσπερ τοὺς βλάπτοντας, ἀδικοῦσιν. Ἀγαθοὺς γὰρ εὐεργετῶν, ἕξεις σεαυτὸν πολλαπλοῦν, καὶ κτήσῃ μίαν ψυχὴν πολλῶν φίλων καὶ ὀφθαλμῶν κύκλῳ διαφυλαττομένην.

qui male. Bonos ergo beneficiis tibi devinciens te ipsum quodammodo multiplicem habebis, nempe vitam unam multis circum oculis multisque vigilantibus amicis custoditam.

Περὶ φίλων.

Ἐκείνους κτῆσαι φίλους καὶ θεράποντας οικισιότατους, οἵτινες ἀγαθοὶ καὶ πρὸς ἑτέρους φίλους ἢ δεσπότες προγεγονότες τυγχάνουσιν· ἃ γὰρ ἐν ἐκείνοις εἰργάσαντο, ταῦτα καὶ εἰς σὲ ποιῆσαι οὐκ ἀποκνήσουσι. Ὁ μὲν γὰρ σπουδαῖος περὶ τοῦ πάλαι φίλους γεγωνῶς, σπουδαῖος ἂν καὶ περὶ σὲ γενέσθαι πιστευθήσεται· ὁ δὲ ἐκ τοῖς προτέροις φίλοις ἢ δεσπότηταις ἀχρηστὸς τε καὶ βέβημος γεγωνῶς, σχολῆ γε περὶ σὲ σπουδαῖος καὶ χρησιμὸς ποτε ὀφθήσεται.

Περὶ ὑπεροφίας χρημάτων.

Ἐψηλὸν μὲν καὶ ἀδούλωτον τὸ τοῦ βασιλέως δεικνύει φρόνημα, οὐ τοσοῦτον ἔργος τοῦ ἀξιώματος, ὅσον ἢ τῶν χρημάτων ὑπεροφία. Ἐν τούτῳ γὰρ μᾶλλον τὸ εὐγενὲς αὐτοῦ τῆς ψυχῆς καταφαίνεται. Ἐπεροφία δὲ χρημάτων οὐ τὸ μάτην τοῖς βαλάντιοις ἐναποτίθεσθαι, ἀλλὰ τὸ δαψιλῶς ἐν ταῖς ἀναγκαίαις χρείαις αὐτὰ χορηγεῖν. Ἀναγκαῖα δὲ βασιλεῖ καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων φίλους εὖ ποιεῖν, καὶ ἐχθροὺς ἀμύνεσθαι, ὧν ἀμφοτέρων τὸ κατορθοῦν ἢ τῶν χρημάτων δαπάνη. Εἰ οὖν καὶ αὐτὸς ὕψηλός ἐν πᾶσιν εἶναι βούλει, καὶ μάλιστα ἐν συνέσει, ὑπερόπτης γίνου χρημάτων· ἐπεὶ οὐδέ ἐστι τὰ σαυτοῦ ἴδια σὰ, ἀλλὰ τῶν συνδούλων τῶν σῶν, καὶ μάλιστα τῶν πενήτων καὶ ξένων. Φάνηθι τοίνυν ἴδιος εὐεργέτης ἐν τοῖς κοινοῖς, καὶ οὕτως ὕψηλός ἐσσι καὶ περιβλεπτός ἐν φρονήσει.

Περὶ μέθης.

Συνουσίας τὰς ἐν πότεις εὐλαβοῦ· μέθη γὰρ τῇ φρονήσει ἐναντίον τι χρῆμα καὶ πολέμιον. Ὅταν γὰρ ὁ νοῦς ὑπὸ τοῦ οἴνου τυραννηθῇ, ταυτὸν τι πάσχει τοῖς φαύλοις ἡνίοχοις, οἳ τὸ ἔρμα κυβερνῶν ἀδυνατοῦντες, καὶ ἑαυτοὺς καὶ τοὺς ἵππους ὡδε κάκεισε περιφέρουσι, καὶ γέλωτα τοῖς ὄρωσι μέγιστον ἐμποιοῦσιν. Ὅστω δὲ πασχούσης τῆς διανοίας, ἀνάγκη καὶ τὴν ψυχὴν πολλὰ σφαλλομένην διατελεῖν.

Περὶ κτήσεως.

Ῥαδίως κτήσῃ φίλον, ὃν ἂν βουληθῆς, εἰ ἀγαθὰ τινα λέγεις περὶ αὐτοῦ ἀπόντος ἐπὶ τῶν ἐπαγγελλόντων αὐτῷ· ἀρχὴ γὰρ, ὡς εἰσικε, φίλας μὲν ἐπαίνοις, ἐχθρας δὲ ψόγος ἐστίν. Ἀλλὰ καὶ οὐς ἤδη κέκτησαι φίλους, εἰ βούλει πλέον ἐφέλκεσθαι, ἐπαίνει ἀπόντας ἐπὶ τῶν παρόντων. Καὶ γὰρ οὕτω δόξειας ἂν ἐπαίνειν καὶ τοὺς παρόντας ἐπὶ τῶν ἀπόντων. Δοκίμαζε δὲ τοὺς φίλους, ἐν τε ταῖς ἀνάγκαις καὶ ταῖς δυσπραγίαις· τῶν γὰρ εὐημερούντων, φίλοι πολλοί. Κάκεινους ἀληθεῖς φίλους λογίζου, ὅσοι μὴ κέρβους ἕνεκα φιλοῦσιν, ἀλλὰ δι' αὐτὴν τὴν ἀρετὴν τῆς ἀγάπης. Ἡ γὰρ ἄλλως φίλια τῷ καιρῷ δουλεύουσα, ἐμπορία τις, ἀλλ' οὐ φίλια, ταύτη λογίζεται.

A casione venenato morsu benefactorem suum remunerat. Sicut enim canes alienis etiam cibum offerentibus oblatrant, ita homines perversi perinde eos qui bene de ipsis merentur offendunt, atque eos

De amicis.

Opta tibi eos amicos, et intimos familiares, qui sancte cum aliis amicitiam coluerint, et aliis dominis fidelem operam navaverint. Quod enim aliis præstiterunt, idem etiam præstare tibi non gravabuntur; et qui bonus erga veteres amicos extiterit, bonus erga te etiam futurus merito credetur. Qui autem prioribus amicis aut patronis ignavus atque inutilis ante fuerit, vix unquam postea bonus erga te atque utilis erit.

De contemptu pecuniæ.

Excelsum atque invictum principis animum non adeo magnitudo dignitatis ostendit ac pecuniæ contemptus: in hoc enim maxime animæ ipsius generositas elucescit. Pecuniæ autem contemptus non in eo cernitur cum in saccos inutiliter congeritur et seponitur, sed cum largiter in usus necessarios expenditur. Necessarium autem est, ac regi potissimum, amicos promereri, atque inimicos vindicare, quorum utrumque recte facere, is demum verus est pecuniæ sumptus. Si ergo in omnibus excellere vis, ac in prudentia præsertim atque solertia, contemptor esto divitiarum. Neque enim ipsa tua pecunia proprie tua solius est, sed communis servorum tuorum, et inopum atque hospitem. Fac igitur ut te beneficium peculiariter exhibeas in eo quod commune est; atque ita demum eris animi magnitudine ac prudentia commendandus.

De ebrietate.

Refuge comessiones in quibus indulgetur poculis: ebrietas enim inimica est prudentiæ: ubi enim mens a vino opprimitur, idem ei contingit, quod imperitis aurigatoribus, qui cum regere currum nesciant, et se et suos equos huc illucque circumagunt, et spectatoribus magnos risus excitant. Quando autem mens ita affecta est, fieri nequit quin animus multa præpostere faciat.

De amico comparando.

Ubi voles facile quemlibet amicum tibi comparabis, si de eo absente bene dixeris coram aliis, qui ei renuntiaturi sunt: initium enim amicitiae fere laudatio est, inimicitiae vero, vituperatio. Et quos jam habes amicos, eos si magis devincire tibi voles, lauda absentes coram aliis eorum amicis; nam ita videberis præsentibus etiam laudare in absentibus. Amicos autem in angustiis atque in adversis rebus explora; felicitium enim multi sunt amici: sed eos amicos veros iudicato, qui te non lucri causa diligunt, sed propter ipsam amicitiae virtutem: alia enim amicitiae species, quæ temporari servit, non tam amicitia, quam negotiatio quædam esse putatur.

De opibus et avaritia.

Quæ ad augendam rempublicam conferre possunt ea percipere ne cuncteris. Rem autem publicam optime administrabis, si pecuniæ publicæ curam diligentem habebis, sed quæ justis rationibus colligitur, non ex oppressione aut lacrymis subditorum; pecunia enim si juste cogitur multum affert emolumentum, et nervos imperio addit; sed quæ ex subditorum lacrymis atque iniquitate corrassa fuerit, etiam juste collectam dissipabit: attrahet enim Deum, qui justitiæ leges condidit ad vindicandam injuriam. Ignis vero non ita celeriter paleam consumit, ut male et injuste congestæ opes etiam jure paratas in perniciem secum abripiunt.

De lenitate et mansuetudine.

In subjectos tuos ne crininosus sis; molesta enim res est: neque in congressibus promptus sis ad alios objurgandos; odiosa quippe res est: neque risum immoderate effusum ama; inale morati hominis est: sed lenis esto in eos qui offenderint, clemens in castigationibus delictorum, gravis moribus, mitis sermone, facilis aditu, affabilis congressu: hæc enim omnia populorum benevolentiam tibi conciliabunt, qui propterea patrem te potius quam imperatorem appellabunt.

De veritate et mendacio.

Maximi pendito et veracem esse in sermone, et veraces homines in familiaritatem admittere: ita enim firmus et constans in omnibus et factis et dictis existimaberis, et veram ac non suspectam tuorum in te benevolentiam retinebis. Si autem vanitatis et mendacii in suspicionem veneris, indigna facere imperatoria majestate qua auctus es, convinceris, efficiasque ut subjecti formidolosi, ac verum omnium incerti sint; quantum enim verax oratio amabilem hominem reddit, tantum mendacii deprehensa, aut etiam suspecta, odiosum, qui ea vitur facit.

De magistratibus.

Præstantissimus medicorum ille est, qui morbis appositæ adhibere novit curationes: et rex optimus, qui eos instituit magistratus, qui a subjectis omnem injuriam arcere ac propulsare queant. Sicut enim equisonis virtus propria est equi cujusque posse præstantiam; et venatorum intelligere quantum quisque canum cursu valeat ad persequendas feras, ac imperatoris milites suos cognoscere, et qua quisque eorum fortitudine sit, respectum habere ut quam optime aciem instruere valeat: ita boni regis est magistratum suorum mores, animos, actus et sententias perdiscere, ut de singulis edoctus unumquemque sciat suo ordine disponere, ac pravos quidem ac pestilentes homines a republica extorres ejicere, probos autem et virtutis amantes publicis honoribus decorare.

De consilio et consideratione.

Esse sibi consentientem hominis est gravis et

A

Περὶ πλοῦτου καὶ πλεονεξίας.

Ἐν ἕνεκα τὴν πολιτείαν ὑψώσεις, τούτων χάριν ποιεῖν μὴ κατόκνει. Ἄριστα δὲ τὸ ὑπήκοον διασώσεις, εἰ χρημάτων δημοσίων κτήσιν ἐπιμελῶς ποιήσεις, ἀλλὰ τὴν ἐκ δικαίων πορισμῶν, οὐχὶ δὲ τὴν ἐξ ἀδίκου συναγωγῆν, οὐδὲ τὴν ἐκ δακρύων συλλεγομένην. Χρήματα μὲν γάρ, εἰ μὲν δικαίως συνάγεται, πολλὰ τὸν κεκτημένον ὀνήσει, καὶ ἰσχύς τῇ βασιλείᾳ χρηματῶσι· εἰ δὲ ἐξ ἀδικίας καὶ δακρύων πορίζεται, καὶ τὰ δικαίως συνευλεγμένα ἐξαφανίζει, καὶ θεὸν ἀντίδικον τὸν τοῦ δικαίου νομοθέτην ἐπισπᾶται. Οὐχ οὕτω γὰρ πῦρ ἀφανίζει χόρτον, ὡς ὁ κακῶς καὶ ἀδίκως συνηγμένος πλοῦτος, καὶ τὸν καλῶς καὶ δικαίως ἐπωρευθέντα πλοῦτον προσπαδύσει.

Περὶ μακροθυμίας καὶ πραότητος.

B

Μὴ ἦσθα φιλαίτιος ἐν τοῖς ὑπὸ χεῖρα· βαρὺ γάρ· μὴδὲ ἐτοιμῶς ἐπιτιμῶν ἐν ταῖς ἀναστροφαῖς· φορτικὸν γάρ· μὴδὲ γέλωτα ἀκρατῆ στέργει· ἀπαίδευτον γάρ· ἀλλὰ ἔσο μακροθυμῶς μὲν ἐπὶ τοῖς πταίουσιν, φιλόανθρωπος δὲ ἐν τοῖς ἐπιτιμοῖς, σεμνὸς δὲ ἦθος, πρῶτος τὸν λόγον, ἡμῶς δὲ καὶ ἐμιλητικὸς τὸν τρόπον· ταῦτα γὰρ ἅπαντα ποθητὸν σε ποιήσει τοῖς ὑπὸ χεῖρα, καὶ πατέρα μᾶλλον ἢ βασιλέα καλεῖσθαι παρασκεύσει.

Περὶ ἀληθείας καὶ ψεύδους.

C

Ἄληθῆ λόγον ἔχειν περὶ πλείστου ποιῶ, καὶ σὺ τὸς ἔχειν, καὶ ἐτέρους τοὺς ἔχοντας οικειοῦσθαι. Οὕτω γὰρ βέβαιός τε εἶναι δόξεις πρὸς ἅπαντά σου τὰ λεγόμενα καὶ πραττόμενα, καὶ ἀνύποπτον καὶ βεβαίαν τὴν εἰς σὲ φιλίαν τῶν ὑπήκων διαφυλάξεις. Εἰ γὰρ ψεῦδῶσι λόγους χρῆσθαι ὑποπτευθείης, καὶ βασιλεύειν κατηξιώθης, ἀλλ' ἀνάξια τῆς τωαυτῆς ἀξίας διαπραττόμενος ἐλεγχθείς, καὶ περιδεῖς τοὺς ὑπὸ χεῖρα καὶ ξεναγμένους σοι πάντας εἶναι παρασκεύσεις. Ὅσον γὰρ ὁ τῆς ἀληθείας λόγος τὸν κεκτημένον ἄνδρα ποθητὸν ἀπεργάζεται, τοσοῦτον ὁ ψευδῆς τε καὶ ὑφαλος τὸν ἐπιτηδεύοντα μισεῖσθαι παρασκεύζει.

Περὶ ἀρχῆς.

D

Ἰατρὸς ἐκείνός ἐστιν ἀληθής, ὃς καταλλήλους τοῖς νοσήμασι τὰς ἰατρείας ἐπιτίθησι· καὶ βασιλεὺς ἐκεῖνός ἐστιν ἀγαθός, ὃς ἀδικουμένων τῶν ὑπήκων τοὺς τὰς ἀδικίας ἐκδιώξαντας προβάλλεται ἄρχοντας. Ὡς γὰρ ἱπποκόμου μὲν ἴδιον, τὸ τῶν ἱππῶν ἐκάστου τὴν ἀρετὴν ἐπεγινώσκειν, κυνηγέτου δὲ τὸ τοὺς διώκοντας τῶν κυνῶν καλῶς ἐξεπίστασθαι, καὶ στρατηγῶ δὲ τὸ τοὺς στρατιώτας γνωρίζειν, ὅποιοι τὰς ἀρετὰς ὑπάρχουσιν ἕκαστος, ἢ ἐν παρατάξει τὸ ἄριστον τῆς ἐκτάξεως ἔχη· οὕτω καὶ βασιλέως ἀγαθοῦ, τὸ τὰ ἦθη καὶ τοὺς τρόπους καὶ τὰς ἀρετὰς καὶ γνῶμας τῶν ὑπ' αὐτὸν ἀρχόντων ἀναμανθάνειν, ἢ ἐπιστημῶνος ἔχη περὶ ἐκάστου, καὶ καταλλήλως τὸν καθ' ἓνα τῇ προσηκούσῃ τάξει διατάττειν· καὶ τοὺς μὲν λοιμοὺς τῆς πολιτείας ἐξορίζειν, τοὺς εὐσεβεῖς δὲ καὶ ἐναρέτους τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς διοικεῖν καταπιστεύειν.

Περὶ βουλῆς καὶ σκέψεως.

Ὡσπερ τὸ ἐαυτῷ συμφωνεῖν ἐμφρονα καὶ ἐπαίνε-

τὸν τὸν ἄνδρα χαρακτηρίζει, οὕτω τὸ τοῖς οἰκείοις διαμῆσθαι καὶ λόγοις καὶ πράγμασι ψεκτόν τι χρηματίζει καὶ ἀγενές, καὶ οὐκ ἀγαθῆς ὑπολήψεώς ἐστιν ἔγγυς. Ἄπερ οὖν ἢ λέγειν ἢ πράττειν βούλει, μηδέποτε ἀπερισκέπτως προβάλλῃ, καὶ οὐδαμοῦ σεαυτῷ διαμαχόμενος φωραθείης· ρίζα μὲν γὰρ τοῦ τοιούτου πάθους ἡ ἀβουλία· εἰ δὲ μετὰ βουλῆς ἅπαντα πράττεις, τὴν ρίζαν προσεκτεμών, οὐδέποτε σεαυτῷ μαχόμενος εὐρεθείης.

Περὶ εὐνομίας.

Νόμον ἀγραφον τὸν σεαυτοῦ τρόπον τοῖς ὑπηκόοις παρέξεις, καὶ τὴν μνήμην ἀληστον τῆς σῆς βασιλείας διατηρήσεις, ἐὰν καὶ αὐτὸς τοῖς καλῶς κειμένοις νόμοις τῶν πρὸ σοῦ βασιλέων συνακολουθήσεις, καὶ τούτους ἀπαράβάτους πολιτεύεσθαι διατηρήσεις. Ἄ γὰρ τοὺς ὑπὸ χεῖρα φυλάττειν ἀναγκάσεις, ταῦτα πολλῷ μᾶλλον τηρεῖν σεαυτῷ τὴν ἀνάγκην ἐπιθήσεται. Εἰ γὰρ αὐτὸς τῶν πρὸ σοῦ τοῖς νόμοις οὐ πολιτεύσῃ, οὐδὲ τοῖς σοῖς ἕτεροι θεσπίσμασιν ἐφονται· καὶ οὕτως οἱ νόμοι ὑπ' ἀλλήλων ἀνατρεπόμενοι, ταραχῆς καὶ συγχύσεως τὸν βίον διον ἐμπλήσουσιν, δι' ὧν πολλακίς δλόκληρα ἔθνη πρὸς καταστροφὴν κατωλισθησαν.

Περὶ σκαιῶν ἀνδρῶν.

Λοιμοὺς ἄνδρας τῆς πολιτείας ἐξήριξε, καὶ μηδέποτε τοῖς τοιούτοις ἀρχὴν καταπιστεύσης, ἵνα μὴ καὶ αὐτὸς ὁμοιος ἐκείνοις εἶναι δόξης, καὶ χαίρων ἐπὶ ταῖς ἐκείνων ἀδικίαις· ἃ γὰρ ἂν ἐκείνοι πράξωσι κακὰ, σοὶ τούτων τὰς αἰτίας ἀναθήσουσι, καὶ τῆς ἐκείνων φαύλης γνώμης κοινωνόν σε νομίσουσι, καὶ λόγον ὑφέξεις περὶ αὐτῶν τῷ θεῷ. Ἡ γὰρ τῶν φαύλων ἀνθρώπων προαγωγὴ, τῶν προαγόντων ἐστὶν ἐλεγχος ἀκριβῆς, καὶ τὰ ἐκείνοις παπραγμένα πονηρὰ τοῖς προχειριζομένοις αὐτοῖς ἅπαντες ἐπιγράφονται. Σπούδαζε οὖν μάλιστα τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας προβάλλεσθαι ἀρχοντας, ἵνα αἱ καλαὶ αὐτῶν φημαι οὐδὲ γένωνται κόσμος, καὶ ἅπερ ἐκείνοι πράττουσιν ἀγαθὰ, σοὶ ταῦτα τὸ ὑπήκουον ἐπιγράφεται· πολλῶν γὰρ χρημάτων κρείττων ὁ παρὰ τοῦ πλήθους ἐπαινος.

Περὶ ἐλέους.

Ἔρα χρημάτων, μὴ χάριν ἠδονῆς, ἀλλὰ χρείας ἕνεκα τῆς ἀναγκαίας, ἢ ἵνα τοῖς δυστυχοῦσι βοηθῆς, ἢ ἵνα τοῖς ὑπὲρ ἀλλήλων θνήσκειν αἰρουμένοις χορηγῆς. Ἡ γὰρ ἄλλως φιλοχρηματία οὐ μόνον ὠφέλειαν οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ βλάβην μᾶλλον προσεφέρει. Πλούτος μὲν γὰρ μὴ δι' ἀρετὴν ἐνυπάρχων, κακίας μᾶλλον, ἀλλ' οὐκ ἀρετῆς ὑπηρέτης ἐστίν. Ὁ δὲ χάριν ἀρετῆς προσὼν τοῖς κεκτημένοις μεγάλα δύναται ὠφελεῖν, καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν καὶ τὰ σώματα· τὸ μὲν τοῖς δεομένοις θαψιλευόμενος, τὸ δὲ τοῖς ἀγαθοῖς τῶν φίλων ἐπιχορηγούμενος. Εὐποία γὰρ ἀμφοτέρα, καὶ διαφόροις ἐπιγράφεται τοῖς νόμοις.

Περὶ ἀγάπης φίλων.

Οὐδὲν ἀγάπης, ὡς εἰκοι, κραταιότερον. Φίλου γὰρ ἀληθοῦς οὐκ ἐστὶν ἀντάλλαγμα τῶν ὄντων οὐδὲν· φύλαττε οὖν τὴν φιλίαν ἐν παντὶ καιρῷ καὶ τόπῳ πρὸς τοὺς γνησίους σου φίλους, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἀνυπ-

cordati : quemadmodum pugnare secum dictis et factis hominis est levis omnique reprehensione digni : ac pravi iudicii argumentum est. Quæ ergo aut dicere aut facere meditaberis cave ne inconsulte proferas, ne uspiam minus tibi constare deprehendaris : hujus enim mali radix est inconsulta temeritas : si autem consulto omnia feceris, radicem illam cum præcideris, nunquam a te dissidere comperieris.

De bonarum legum observatione.

Legem non scriptam mores tui subditis repræsentent ; ita immortalæ regni tui memoriam relinques, si et ipse bonis legibus prædecessorum observaris, et in administratione reipublicæ eas nunquam prætergrediaris : et quæ subditos observare coges, ipse multo magis ea servandi tibi necessitatem impones. Si enim positas a majoribus leges in re publica gerenda repudiaveris, nec cæteri edictis tuis obtemperabunt : atque ita fiet ut leges aliæ ab aliis invicem subversæ, confusione ac perturbatione rempublicam totam impleant ; qua quidem ex juris eversione sæpenumero totæ nationes ad interitum sunt redactæ.

De perditis hominibus.

A reipublicæ muneribus perditos homines summoveto, neque ullum iis magistratum committas, ne et ipse similis eis esse, atque improbis eorum factis gaudere videaris. Nam quæcunque mala illi perpetraverint, ea tibi crimini dabunt, teque perversæ voluntatis eorum participem esse iudicabunt : quin etiam de illorum sceleribus rationem Deo es redditurus : perditorum enim hominum promotio certa condemnatio est eorum, qui ipsos provexerunt, et scelerata eorum facinora illis attribuantur, qui eosdem promoverunt. Vide ergo ut bonos viros ad honores evehas, ut bona de factis eorum fama gloriam tuam augeat, cum subjecti præclara illorum gesta tibi ascripturi sint : est enim a populo consentiente profecta laus magnis opibus longe præstantior.

De misericordia.

Necessitatis, non voluptatis causa divitias amato, nempe ut aut egentium inopiam subleves, aut iis qui pro se invicem mori parati erunt, sumptus suppedites ; alloqui enim pecuniæ cupiditas non solum nihil affert emolumenti, sed detrimentum potius affert. Opes enim, quæ virtutis ergo non coacervantur, vitiorum potius quam virtutis sunt ministræ ; quæ autem ad virtutis officia comparantur, possessorum animis et corporibus juvenandis magnas afferunt utilitates, cum ut egenis copiose erogantur, aut fortibus et fidelibus amicis impenduntur : utrumque enim beneficentiæ officium est, etiamsi alio atque alio nomine inscribatur.

De amicorum charitate.

Nihil potentius amicitiam vinculo esse videtur : nihil enim est in rebus humanis quod cum amico fideli permutari possit : omni igitur et tempore et loco cum fidelibus amicis necessitudinem serva,

ut illi sine ulla titubatione aut suspicione mutuum erga te animum gerant : et ne nunquam ingrati animi fueris ; pars enim pietatis est bene merentibus gratiam referre : qui vero ingratus est ipse sibi infensus est : gratia enim cum referatur, quodammodo multiplicatur ; cum vero non refertur, etiam quæ parta fuerat, deperit. Dum ergo te gratum exhibueris, multos habueris tui demerendi cupidos ac studiosos : si autem ingratus fueris, nullum omnino amicum habebis, quicum jucunde vivere possis, etiamsi omnes simulatam in te amicitiam ac benevolentiam præ se ferant.

De sermone et silentio.

In detegendis hominum ingenii solers et consideratus esto : et bona quidem voluntate præditos tibi adijunge, improba vero aversare. Quidquid autem enuntiaturus unquam sis, apud te prius diligenter considera, ne lingua cogitationem antevertente, quod præpostere loquaris tibi exprobetur. In cœtu enim hominum antequam aliquid dicas, in tua potestate est cogitare, si forte post primam sententiam alia tibi melior succurrerit. His autem quæ semel dixeris pugnancia subjicere non poteris, si sermones tuos ab omni reprehensione immunes esse volueris. Dicere autem oportebit aut ea quæ perfecte scies, aut quæ temporis ratio postulabit ; de reliquis autem omnibus sætius erit silere quam loqui.

De eleemosyna.

Largire copiose egentibus misericordiæ stipem, ut ipse ab universorum rege misericordiam consequaris : proprie enim pietas est egenorum sustentatio. Eam ergo diem periisse existimato, qua nemini benefeceris, pro beneficiis quæ ipse a Deo acceperis. Exerce igitur eleemosynam, ut eam vicissim a Deo recipias. Præbe aures tuas supplicum precibus, et hilari vultu eorum pudori consule : miserere lacrymarum viduæ, ac gemitus orphanorum ne repellas : quæ enim fecerimus, eadem et patiemur, et sicut audimus, ita et audiemur, et sicut videmus, ita et videbimur. Qualem ergo tibi se Deum præbere optares, talem et subditis tuis te impertias : qua enim mensura mensus fueris, eadem tibi reponetur.

Momentanea et caduca esse omnia quæ hic sunt.

Scito, illi mi, nihil in hac vita firmum, nihil stabile, nihil perpetuum esse : nam subinde res aliter atque aliter variantur, et rotæ in morem quæ circumvolvitur, ea quæ sursum sunt deorsum feruntur, et quæ deorsum jacent sursum evehuntur : quapropter neque secundis rebus extollere, neque adversis dejicere, sed in utraque fortuna constans esto atque immutabilis, tantum honestis rebus studens, cætera vero Deo committe : nam cum secunda uteris fortuna, adversæ metus te ab superbia revocare debet, et cum adversa jactaberis, melioris spes pariter te ab animi dejectione deducere : hoc enim pusilli est animi ac regia virtute indignum : quia quod futurum est videri ne-

οπτόν σου και βεβαίαν την ἀγάπην διατηρῶς· και μη γίνου τῇ γνώμῃ ἀχάριστος· μέρος γὰρ εὐσεβείας τὸ ἀνταποδιδόναι τοῖς εὐκοιοῦσι τὰς χάριτας. Ὁ γὰρ ἀχάριστος ἐαυτῷ ὑπάρχει πολέμιος. Χάρις μὲν γὰρ ἀνταποδοσμένη πλεονάζεται· μη ἀνταποδοσμένη δὲ, και τὴν καταβληθεῖσαν προσπαλλουσιν. Εὐχάριστος τοίνυν γενόμενος, πολλοὺς ἕξεις τοὺς περὶ σὲ σπουδάζοντας, και πολλὰς σοι καταβαλοῦντας τὰς χάριτας· ἀχάριστος δὲ ὑπάρχων, οὐδένα κτήση φίλον οὐδαμῶς, μεθ' οὗ συμβιώσεις ἡδέως, κἀν πάντες ἀνθρωποι τὴν πρὸς σὲ φιλίαν ὑποκριθῶσι.

Περὶ λόγου και σιωπῆς.

Νουεχῆς ἔσο, και φρόνιμος ἐν τῷ τὸ ἐκάστου ἦθος ἀναμνηθάνειν, και τῶν μὲν σπουδαίων τὰς γνώμας ἀποδέχεσθαι, τῶν δὲ φαύλων ἀποστρέφεισθαι. Ἄλλὰ και ὅπερ ἀν μέλλεις ἐρεῖν, προεπισκόπει τῇ γνώμῃ, ἵνα μη και ἡ γλώσσα προτρέγουσα τοῦ λογισμοῦ, ἀτάκτως λέγειν ὀνειδισθῇ. Σκοπήσας μὲν γὰρ ἐν συλλόγῃ κύριος εἰ πρὸ τοῦ τι εἰπεῖν, ὣν μέλλεις εἰπεῖν, εἰ που και μετὰ τὴν προτέραν γνώμην ἡ δευτέρα κρείττων ἀναφανῇ. Καλήσας δὲ ἀπαξ, οὐ δυνήσῃ τοῦ λαληθέντος ἐναντία προσεπειπεῖν, εἴγε μῶμου χωρὶς τὰς ὀμιλίας ποιῆσθαι ποθεῖς. Λέγειν δὲ ἀναγκαῖον, ἡ περὶ ὧν ἀκριβῶς γινώσκεις, ἡ περὶ ὧν ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἀπασι κρείττων τοῦ λέγειν ἡ σιωπῆ.

Περὶ ἐλεημοσύνης.

Τὸν ἔλεον ἐπιδαφιλεύου τοῖς ἐσόμενοις, ἵνα ἔλεον ἐπισπάσῃ παρὰ τοῦ τῶν ὄλων βασιλέως· εὐσέβεια γὰρ κυρίως ἡ τῶν ἐσόμενων ἐστὶ μετὰδοσις. Καὶ μηδὲν ἡγοῦ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἐν ἣ μὴδένα εὐεργετήσεις, ὑπὲρ ὧν παρὰ θεοῦ και αὐτὸς εὐεργετήθη. Κτήσαι οὖν τὴν ἐλεημοσύνην, ἵνα τὸ ὅμοιον παρὰ θεοῦ ἀντιδέῃ· κλίνον τὸ ὄς σου τοῖς ἰκετεύουσι· δυσωπήθητι ὀφθαλμοῖς ἰλαρῶ τοὺς δυσωποῦντας· ἄκρειρον δάκρυα χήρας, και στεναγμοὺς ὀρφανῶν μη ἀπόσῃ· ἃ γὰρ ἀν ποιήσωμεν, ταῦτα και πάθωμεν, και ὡς ἀκούομεν ἀκουσθόμεθα, και ὡς ὀρώμεν ὀραθόμεθα. Οἶον οὖν εὐχῇ τὸν θεὸν γενέσθαι σοι, τοιοῦτος περὶ τοὺς οἰκέτας γενοῦ και αὐτός· ἐν ᾧ γὰρ μέτρῳ μετρήσεις, ἀντιμετρηθήσεται σοι.

Ὅτι πρόσκαιρα τὰ τῆδε πάντα.

Ἴσθι, τέκνον ἐμὸν, ὡς οὐδὲν ὁ βίος οὗτος ἔχει τὸ στάσιμον, οὐδὲν τὸ βεβαίον ἢ ἀμετάβλητον. Ἄλλοτε γὰρ ἄλλως ἀμείβει τὰ πράγματα, και τροχοῦ δίκην κυλιόμενον, τὰ μὲν ἄνω φέρεται κάτω, τὰ δὲ κάτω φέρεται ἄνω. Διδ μήτε εὐτυχίας ἐπαίρου, μήτε ἐν ταῖς δυστυχίαις καταφέρου· ἀλλ' ἔσο κατ' ἄμφω σταθρὸς και ἀμετάπτωτος, μόνῃ τῷ καλῷ σπουδάζων, τὰ δ' ἄλλα προσαντιθεῖς τῷ θεῷ. Ὅταν γὰρ εὐτυχῆς, τῇ ἐλπίδι τῆς δυστυχίας ἐπαίρεσθαι οὐκ ὀφείλεις· μηδ' ὅπταν δυστυχῆς, τῇ ἐλπίδι τῆς εὐτυχίας καταφέρεισθαι παρενεχθῆς· μικροψυχίας γὰρ τὸ τοιοῦτο και ἀνάξιον βασιλικῆς ἀρετῆς, διότι τὸ μέλλον ἀόρατον. Μήτε οὖν συγνάξων ποτὲ, μήτε γελιάξων αὐθαδῶς φωραθῆς· οὕτω γὰρ φρόνιμός τε δόξεις εἰ-

ναι, καὶ τὰ ἐξ ἑκατέρου πάθη διαφύγοις· καὶ οἱ τὰ σὰ Λ λογοπραγούντες οὐδεμίαν ἔξουσι λαβὴν τοῦ μίμψεσθαι τὰ προσπίπτοντα.

Περὶ ἐπιμελείας.

Ταύτην σεαυτῷ τὴν ἀνάγκην ἐπίθεε, τὸ πάντα μὲν ἐθάλειν ἐφορᾶν, μηδὲν δὲ καταδέχεσθαι παρορᾶν. Αὐτὸ δὲ φημι, ἔπει βασιλεὺς ὑπάρχων, οὐδένα ἔχεις ἐπὶ γῆς ὑπὲρ σέ, ὃς ἀναγκάσαι σε δύναται. Ἄλλ' εἰ καὶ πάντων βασιλεύεις τῶν ἐπὶ γῆς, ἀλλ' ἔχεις καὶ αὐτὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς βασιλεία. Εἶπε οὖν ἑκαίην πάντων μέλει ὡς Θεῷ, οὕτω χρὴ καὶ σὲ μηδὲν παρορᾶν, ὡς ὑπὸ Θεῷ βασιλεῖ. Ὡσπερ γὰρ τὰ παρὰ σοῦ ἐπιμελῶς ὁρώμενά τε καὶ διοικούμενα μεγάλης ἀπολαύει τῆς ὠφελείας, οὕτω καὶ τὰ παρορώμενα πρὸς μεγά- B λην κατολισθαίνει ἀπώλειαν. Εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ πάντων οὐ μικρὸν τὸ παρὰ μικρὸν, ἀλλ' οὖν ἐπὶ βασιλεῖ τὸ σφῶν τοῦτο μᾶλλον ἀρμόσει.

Περὶ φυλακῆς.

Ὡς ἀγαθὴ λίαν σώματι βασιλικῷ φυλακῆ, ἡ παρὰ τῶν ὑπηκόων εὐνοια σὺν Θεῷ, καὶ τὸ πάντας εὐποιεῖσθαι παρ' αὐτοῦ, καὶ μηδὲν ὑφορᾶσθαι τυραννικόν τι παθεῖν. Ἄλλ' ὡσπερ δεῖ τὴν βασιλείαν σου φυλάττειν παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἀνεπίβουλον, οὕτω χρὴ τηρεῖν καὶ τοὺς πάθειν ἀνεπίβουλον· ἀμφοτέρω γὰρ ὁ λόγος ἐπιβουλήν ὀρίζεται, καὶ ἐν ἑκατέροις μέγας ὁ κίνδυνος. Ἄλλ' ἡ μὲν τοῦ σώματος ἐπιβουλή παρὰ τῶν C ἐχθρῶν, πρόσκαιρον ἔχει τὸν θάνατον· ἡ δὲ κατὰ τῆς ψυχῆς ἐπιβουλή παρὰ τῶν παθῶν, τιμωρίαν προξενεῖ, καὶ μετὰ τὸν θάνατον, τὴν ἀθάνατον.

Περὶ τῆς ἐπουρανίου βασιλείας.

Πολλοὶ βασιλεῖς τὰ βασιλεία ταῦτα παρῴκησαν· ἀλλ' ὀλίγοι τὴν ἐπουράνιον βασιλείαν κατέωκησαν. Σπούδαζε οὖν, τέκνον ἡγαπημένον, μὴ μόνον ταύτην τὴν βασιλείαν κατορθῶσαι διὰ τῆς τῶν τρίπων καλοκαγαθίας, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπουράνιον κληρονομήσαι διὰ τῆς τῶν ἀρετῶν ἀγαθοεργίας. Σήμερον γὰρ εἰσι τὰ βασιλεία σά, καὶ αὐριον ἔσσονται οὐ σά, μετὰ δὲ τὴν αὐριον ἑτέρου· καὶ τὴν μετ' ἐκείνην, τοῦ μετ' ἐκείνον, ὥστε οὐκ εἰσὶν οὐδέποτε οὐδένης. Εἰ γὰρ καὶ D πολλοὺς ἀμείβουσι τοὺς δεσπότης, οὐδένα ἔρα τὸν γνήσιον ἔχουσι δεσπότην. Ἐπει οὖν μεταθῆναι χρὴ τῆς ἐντεῦθεν ἐξουσίας, σπεύσωμεν ἀμείψασθαι δε' ἀρετῆς τὴν ἐκείθεν βασιλείαν, ἥτις μόνη τὸ ἀθάνατον κέκτηται καὶ ἀδιόδοχον· τὰ δὲ ἄλλα πάντα ρεῖ καὶ πρέρχεται.

Περὶ μνήμης Θεοῦ.

Ἐν νόμον σεαυτοῦ τὴν συνείδησιν ἔχης, καὶ ἀπερ αὐτὸς παθεῖν οὐκ ἐθέλεις, οὐδὲ ἑτέρους παθεῖν ἐπιτρέψης, οὐδέποτε μέμψιν ἀμαρτίας ὑποστήσῃ· εἰ δὲ καὶ τὸν Θεὸν ἐν πάσῃ σου πράξει ἐκόπτην καὶ ἐξετάστην, ὡσπερ ἔστιν, ἀναλογίῃ, οὕτε φανερῶς ποτε, ὅτε χρυπτῶς ἀμαρτήσῃς. Κἂν γὰρ ἑτέρου; λανθᾶ-

quit. Neque igitur tristis neque etiam procacius ridens palam deprehendaris; ita enim et prudens existimaberis, et affinia utrinque vitia devitabis, neque curiose maledicis ansam ullam præbebis obloquendi de iis, quæ tibi accident.

De diligentia.

Obstringe te huic necessitati, ut omnia tibi oculis inspicienda esse ducas, et nihil inexploratum præmittas: quippe imperator cum sis, in terris quidem neminem superiorem habes, qui te cogere valeat; ac licet omnium in terra sis dominus, regem tamen habes superiorem in cælo, cui sicut omnia ut Deo curæ sicut, ita tibi quoque ut regi curæ esse debent: nihil ergo tibi negligendum est, utpote qui rex Deo subjectus es. Quemadmodum enim ea quæ a te diligenter inspecta administrantur, haud parum proficiunt, itaque neglectum prætereuntur, in magnam perniciem labuntur; et si omnibus in rebus non parvum est quod parum abest, præcipue tamen regibus sapiens hoc dictum convenit.

De custodia.

Nulla regii corporis melior est custodia, quam subditorum benevolentia, Deo juvante; cum ita sunt omnes ab eo beneficiis cumulati, ut nemo ab eo tyrannici quidquam sibi metuat. Sed quemadmodum imperium tuum ab inimicorum insidiis sartum tectum servare oportet, ita et a perturbationum incursionibus inoffensum: utrumque enim insidiarum nomine continetur, et ab utroque ingens imminet periculum. Sed corpori quidem paratæ ab hostibus insidiæ temporariæ mortis discrimen afferunt: adversus autem animam a cupiditatibus comparatæ, etiam post mortem, immortalem secum poenam trahunt.

De cælesti regno.

Regiam istam permulti reges incoluerunt; sed pauci cæleste regnum adepti sunt. Tu vero charissime filii, enitere non solum terrenum istud regnum per morum probitatem recte administrare: sed cælestis etiam hæreditatem per virtutis exercitationem adipisci. Hodie enim tua sunt ista palatia, crastina die tua fortasse non erunt, ac perendie alterius fient, ac post perendinum diem alius adhuc post alium, ita ut nullius unquam sint propria. Nam etsi multos vicissim permutant dominos, tamen proprie nullum verum ac germanum habent. Quoniam ergo dominatione ista cedendum est, studeamus eam per virtutem cum cælesti regno commutare, quod solum nec morti, nec vicissitudini obnoxium est, cum cætera omnia deduant ac prætereant.

De memoria Dei.

Conscientiam tuam si pro lege habueris, et quæ pati ipse nolis, nunquam alios pati permiseris, nullius unquam peccati labe foedaberis; et si Deum omnium quæ facis inspectorem cognitoremque, sicut est, esse tibi persuaseris, nunquam neque palam neque clam peccabis. Nam etsi alios latero

videberis quæ secreto facies; at conscientiam certe tuam, et Deum ipsum qui usque in adbitos animi recessus intuetur, revereberis. Homines enim quæ corporis sunt vident; at quæ in penetralibus animi latent, solus Dei oculus, quem nihil latet, conspicatur. Sicut enim cum sol lucet sub dio nihil occultum esse potest, ita Deo inspiciente omnia nihil illum latere potest.

De corruptione munerum.

Venales muneribus dignitates cave ne habeas, sed potius gratis eas largire. Qui enim magistratum pretio emit, multo magis eidem subjectos emit, ut muneribus quæ dedit fretus ipse audacius munera capiat. Proba igitur atque explora diligenter, atque ita demum ad honores provehe eos, qui domum hoc sine muneribus ambibunt, si vis omnem a republica concussionis labem exulare. Nam qui dat ut magistratum capiat, quæstum sibi a magistratu captat; dat enim ut jus capiendi habeat, et violatione jurium jurium violationem negotietur. Qui enim sine pretio magistratum obtinuerit, is nunquam concussionis vitio laborabit: at qui pretio magistratum mercatus fuerit, is nunquam ad faciendum aliquid sine mercede assuescere poterit: te autem concussionis et sordium habebit magistratum, quem vindicem habere debuerat: neque ipse solum captabit munera, sed etiam alios sibi subjectos ad idem faciendum compellet.

De injustitia.

Haudquaquam tam graviter peccat qui facit injuriam, quam qui sciens fieri sinit. Cum ergo aliquis passus injuriam ad te accesserit, ne querimoniam et afflictionem illius contempnas, ne occasionem præbeas iis qui facere injuriam parati erunt. Qui enim læsus injuria est, in te uno spem suam ponit, teque ipsum injuriæ suæ vindicem futurum opponens, persequitur eum a quo est injuria violatus. Omnino ergo oportet supplicem, qui apud te conqueritur; jus summum obtinere, cum æquum sit injuriam propulsari. Si vero ipse in injuria connivebis, atque eum qui læsus erit, despicias, eum autem qui læserit, cum solus ulcisci valeas, nullam justitiæ rationem habeas, quid reliquum spei erit misero illi quo fugiat? a quo amplius vindictam exspectabit, nisi a Deo, qui a te rationem injuriæ neglectæ repositet? Jus igitur reddito ei, qui injuriam passus est, atque illius auctorem vindicato, ne conniventia tua videaris cum facientibus ipsum reum agere.

De mortalitate et immortalitate.

Mortalis quidem es corpore, anima vero immortalis: in iis ergo quæ carnis sunt propria mortale sapias; quæ vero animi, immortale. Amplectere mundum istum corruptibilem corpore mortali; animo vero beatitudinem æternam quasi immortalis. Etsi enim in regni solium evectus es, post al quantum temporis tamen ab eo descendes: et si totum terrarum orbem armis subigere contenderis, post mortem tamen nihil amplius quam

A νειν δόξης, ἅπερ ἐν κρυφῇ πράξει, ἀλλ' οὖν γε τὴν σεαυτοῦ συνείδησιν καὶ Θεὸν, τὸν καὶ αὐτῶν τῶν τῆς ψυχῆς ταμειῶν ἑφορον, ἐπαισχυνθήσῃ. Τὰ μὲν γὰρ τοῦ σώματος ἐφορῶντιν ἀνθρώποι. τὰ δὲ ἐν τῷ βάθει τῆς ψυχῆς ὁ μόνος ἀλάθητος ὀφθαλμὸς τοῦ Θεοῦ ὁρᾷ. Ὡσπερ ἡλίου λάμποντος ἐν αἰθρία κεκρυμμένον οὐδὲν, οὕτω τοῦ Θεοῦ ἐποπτεύοντος τὰς πράξεις, λαθεῖν δυνατὸν οὐδέν.

Περὶ δωροληψίας.

Προίχα χαρίζου τὰ ἀξιώματα, καὶ μὴ δώροις ἀπεμπολεῖ τὰς ἀξίας. Ὁ γὰρ τιμῆς τὴν ἀρχὴν ὠνούμενος, πολλῶ πλεον τοὺς ἀρχομένους ὠνήσατο, ἵνα τῇ δωροδοκίᾳ θηρήων, πρὸς δωροκοπίαν ἀδειῶς ὁρᾷ. Ἄναζήτει οὖν ἐπιμελῶς, καὶ ἐρώτα, κάκεινους ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ἀναβίβαζε, εἰ γε βούλει τὴν δωροληψίαν ἐξορίσαι τῆς πολιτείας, ὅσοι δωρεὰν ἀλλ' οὐ δώρους ταῦτα ἐπιζητοῦσιν. Ὁ γὰρ διδοῦς τι διὰ τὴν ἀρχὴν, κέρδος τι ζητεῖ λαθεῖν παρὰ τῆς ἀρχῆς, ὅσοι τὴν λῆψιν ὠνούμενος, καὶ παρανομίᾳ τὴν παρανομίαν πραγματευόμενος. Ὁς γὰρ ἀν ἄμισθον τὴν ἀρχὴν λάβοι, δωροληψίας οὐ περιπεσεῖται ἐγκλήματι. Ὁ δὲ μετὰ μισθοῦ λαθῶν τὴν ἀρχὴν, οὗτος οὐδὲν χωρὶς δώρων πρᾶξαι ποτε μεταμάθοι· καὶ σὲ τῆς δωροληψίας διδάσκαλόν ἔχων, τὸν ταύτην κρίνειν ὀφείλοντα, οὐ μόνον αὐτὸς δωροληπτήσῃ, ἀλλὰ καὶ ἐτέρους τοὺς ὑπ' αὐτὸν τὰ αὐτὰ πράττειν συναναγκάσει.

Περὶ ἀδικίας.

Οὐχ οὕτως ἀμαρτάνει ὁ ἀδικῶν, ὡς ὁ τὴν ἀδικίαν παραχωρῶν. Ὅταν οὖν σοι προσέλθῃ ἀδικηθεὶς, μὴ ὑπερίδῃς αὐτοῦ τὴν συντριβὴν, ἵνα μὴ χώραν εἴης τοῖς βουλομένοις ἀδικεῖν. Ὁ γὰρ ἠδικημένος ἐπὶ σοὶ μόνῳ τὰς ἐλπίδας σαλεύει, καὶ σὲ τῆς ἀδικίας ἐκδικητὴν προβαλλόμενος, τὸν ἠδικηχότα ἀμύνεται. Πάντως δὲ χρεῶν παρὰ σοῦ τὸν προσελθόντα δικαιοθῆναι, ἐπεὶ δίκαιον τὴν ἀδικίαν ἀνασταλῆναι. Εἰ δὲ αὐτὸς τὴν ἀδικίαν παραχωρήσας τῷ ἀδικούντι, τὸν ἠδικημένον ὑπερίδῃς, καὶ δυνάμενος μόνος τὸν ἠδικηχότα ἀμύνεσθαι, τῆς δίκης μηδένα ποιήσης λόγον, ποῦ ὁ δειλατός ἐκείνος ἐτι καταφυγεῖν ἐλπίζει; παρὰ τίνος ἀπολήψεται τὴν ἐκδίκησιν, εἰ μὴ παρὰ Θεοῦ, ὃς καὶ σὲ τῆς ἀμελείας ἀπαιτήσει τὰς δίκας; Δικαιοῦσον οὖν τὸν ἠδικημένον, καὶ ἀμύνου τὸν ἠδικηχότα, ἵνα μὴ δι' ὧν παρορᾷς, δόξης καὶ αὐτὸς τοῖς ἀδικουσι συναδικεῖν, καὶ ἄλλοτριῶν ἀμαρτημάτων σεαυτὸν ὑπεύθυνον καταστήσῃς.

injuriam conspirare, atque alieni sceleris te

Περὶ θνητότητος καὶ ἀθανασίας.

Θνητὸς ὑπάρχεις τῷ σώματι, ἀθάνατος δὲ τῇ ψυχῇ διαμένεις· φρόνις οὖν θνητὰ τῇ σαρκί, τῇ δὲ ψυχῇ ἀθάνατα. Περιέβαλε κόσμον τῷ σώματι, ὡς θνητὸν τῷ θνητῷ· περιβαλοῦ καὶ ἄλλοθ ἀθάνατον τῇ ψυχῇ, ὡς ἀθανάτω. Κἂν γὰρ ἐπὶ θρόνον ὑψωθῆς, ἀλλ' οὖν μετὰ χρόνον καταβήσῃ· καὶ εἰ τῆς γῆς ἀπάσης κατακρατῆσαι φιλονεικήσῃς, ἀλλ' οὐ πλεον τριπλήγως γῆς μετὰ θάνατον κληρονομήσῃς. Ἐπιμελοῦ οὖν τῆς θνητῆς βασιλείας ὡς θνητός· περιποιοῦ δὲ καὶ πτῶ τὴν

ἀθάνατον βασιλείαν διὰ τῆς τῶν ἀρετῶν κτήσεως, ὡς ἀθάνατος· διὰ τοῦτο γὰρ τῆς θνητῆς ἡζυώθης ἐξουσίας, ἵνα δι' αὐτῆς ἐμπορεύσῃ τὴν ἀθάνατον βασιλείαν.

Περὶ ἀρχόντων.

Ἦν ἔχεις γνώμην περὶ σεαυτοῦ, ταύτην ἔχειν θέλω καὶ περὶ τῶν ὑπὸ σέ, καὶ περὶ παντὸς ποιοῦ, ἀγαπητῶς αὐτοὺς ἔχειν περὶ τὴν σὴν ἀρχήν. Ἐκείνοι γὰρ μάλιστα ἠδέως βασιλεύουσιν, οἵτινες τὸ ὑπήκοον ἀριστά θεραπεύουσιν, καὶ τοὺς μὲν ἀξίους τιμῶντες ἀγαθοποιήσουσιν, τοὺς δ' ἀναξίους οὐκ ἀδικήσουσι. Μάλιστα δ' ἂν εὐδοκίμησεις, εἰ τὴν ἐκάστην χώραν ἀποδώσεις· καὶ τοῖς μὲν ἀξίοις ἀρχεῖν τὰς ἀρχὰς καταστήσεις, τοῖς δὲ ἀρχομένοις πάλιν μὴθ' ὑβρίζειν τοὺς ἔρχοντας, μὴθ' ὑβρίζεσθαι παρασκευάσεις. Γίνωσκε οὖν ἀναμνηθῆναι ἕκαστον, καὶ οὕτω προσηκόντως τά τε περὶ τῶν ἀρχόντων, καὶ τῶν ἀρχομένων, πραγματεύου, ἵνα μὴ ἄρχωσιν ἔλαφοι λεόντων, ἀλλὰ λέοντες ἐλάφων.

esse, et qui obedire debebunt sapienter statuas, ne cervi imperent leonibus, sed potius leones cervis.

Περὶ εἰρήνης.

Μακάριον σεαυτὸν καὶ κόπου χωρὶς ἀποδείξεις, εἰ τὰ μαχόμενα σπεύδεις εἰρηνοποιεῖν, καὶ πᾶσαν ἔχθραν καὶ πᾶσαν ἔριν τῆς πολιτείας ἐξορίζεις, καὶ πᾶσαν γαλήνην, καὶ πᾶσαν ἀγάπην τὸ ὑπήκοον ἀσπάζεσθαι διδάξεις, καὶ τοὺς μὲν τὰς ἔχθρας γεννῶντας, ἀποδλήτους εἶναι, τοὺς δὲ τὴν εἰρήνην φιλοῦντας, οἰκτιροῦσθαι. Υἱὸς γὰρ ἐμοῦ τοῦ γηίνου βασιλέως ὑπάρχων κατὰ σάρκα, καὶ τοῖς παρ' ἐμοῦ σοι λεγομένοις παιθόμενος λόγοις, υἱὸς κληθήσῃ καὶ τοῦ ἐπουρανίου Βασιλέως, τὴν θεῖαν σεαυτῷ συγγένειαν ἐπιγραφόμενος κατὰ πνεῦμα, τοῦ πρῶου καὶ εἰρηνικοῦ Χριστοῦ μαθητῆς ὑπάρχων· Μακάριοι, γὰρ, φησὶν, οἱ εἰρηνοποιοὶ, οἵτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται.

Περὶ ἐπαινοῦ.

Ἐπαινεῖ τῶν συνόντων, μὴ τοὺς ἅπαντα τὰ πραττόμενά σοι ἐπαινοῦντας, ἀλλὰ τοὺς τοῖς ἐσφαλμένοις μᾶλλον ἐπιτιμῶντας· τούτους γὰρ ἐγὼ εὐνουστέρους καὶ πωφρονεστέρους οἶδα τῶν ἄλλων. Καὶ γὰρ τοῦ ψεύδους ἡ ἀλήθεια προτιμητέα. Ἄλλὰ καὶ τοῖς εὐφρονοῦσι παρρησίαν χαρίζου, ἵνα περὶ ὧν ἀγνοεῖς, ἔχῃς μεθ' ὧν ἀριστά συμβουλευσῇ. Καὶ οὕτω διαθεθεῖς, σκοπήσεις, ὡς οὐχρὴ τοῖς διὰ τέχνης κολακεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς μετ' εὐνοίας θεραπεύουσι προσέχειν αἰετῆς γὰρ ἐτέρου ὠφελείας καὶ βλάβης εὐ μάλιστα κερδαλεῖς, τὸ μὲν ἀποφεύξῃ, τοῦ δὲ ἐπιτεύξῃ.

Περὶ προσοχῆς.

Νιδίτητα κόσμησον, μὴ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἐναρέτοις, μηδὲ περιδῆς σου τὴν φύσιν ἅμα πᾶσαν διαλυθῆναι· κἂν γὰρ σῶματος ὑπάρχεις θνητοῦ, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς ἔλαχες ἀθανάτου. Πειρῶ οὖν

tres humi cubitos occupabis. Proinde terrenum hoc regnum ut mortalis, administra; enitere tamen ut immortale regnum per virtutem adipiscaris, ac teneas, quasi immortalis; propterea enim terrena potentia donatus es, ut per eam cœlestem atque æternam dominationem acquiras.

De magistratibus.

Fac eandem habeas de subjectis tuis, quam de te ipso habes sententiam, et da operam quoad ejus fieri poterit, ut tuam illi amant dominationem. Illi enim soli jucunde regnant, qui subjectos diligentissime curant, ita ut eos qui digni sunt, honoribus et beneficiis cumulent, indignos vero minime lædant. Ita autem potissimum bene audies, si suum cuique locum et gradum servaveris; et iis quidem qui cæteris præesse digni erunt, præfecturas commiseris: eos autem qui parere debent, ita temperaveris, ut neque præfectos suos offendere, neque ipsi vicissim ab iis violari possint. Da igitur operam, ut unumquemque exploratum et perspectum habeas, atque ita ut par est, de iis qui præcervi imperent leonibus, sed potius leones cervis.

De pace.

Beatum te porro ac sine magno labore reddideris, si lites omnes componere, omnesque inimicitias ac simultates e republica eliminare studueris, et subjectos paci studere, ac mutua se charitate complecti docueris: si nimirum eos qui lites serunt exulare jussueris, pacis autem amantes tibi adjunxeris. Filius enim meus, hoc est terreni regis, natura cum sis, monitis meis ac præceptis si paryeris, cœlestis quoque Regis filius vocaberis, divinam tibi consanguinitatem per gratiam adipiscens, ac te pro pacifici ac mitissimi Christi discipulo gerens: *Beati*, enim, inquit, *pacifici, quoniam filii Dei vocantur*¹.

De laude.

Lauda ex familiaribus non eos qui facta tua omnia probabunt, sed potius eos qui peccata interdum tua reprehendent; eos enim ego et amantiores et sapientiores esse judico: semper enim veritas mendacio præferenda est. At bene animatis erga te loquendi libertatem concedes, ut habeas quibuscum de rebus quas ignoras, optimum consilium capere possis: et ad hunc modum si te comparaveris, cognosces, non iis qui artificiose adulantur, sed illis qui sincera benevolentia tibi deserviunt, adhærendum esse: horum enim utilitate, et illorum pernicie explorata, ab istis quidem cavebis, illos vero tibi adjunges.

De sui cura.

Juventutem tuam exorna non corporis exercitatione, sed virtutis; neque naturam tuam sinas simul totam interire, etsi enim mortale corpus sortitus es, at animum mortalitatis expertem habes. Con-

¹ Matth. v. 9.

nltere ut per boni nominis memoriam immortalitatem consequaris. Gloriosam autem tui nominis memoriam relinques, si eos, qui talem reliquerint, imitaberis; ut mediteris quidem et honesta dicere, et similia facere consuescas, et quæ te sentire dictis indicaveris, eadem opere implere curaveris.

De commiseratione.

Ut corporis omnis umbra semper est comes, ita semper hominem peccatum consequitur: natura enim humana valde ad labendum est proclivis, et ad cadendum prona. Esto igitur errantibus lenis, et justitiæ admisce humanitatem. Si enim ipse ab errantibus exigit rationem, tuorum ipse peccatorum censorem habes Deum: proinde quotidie tibi ipse denuncia; ut aliis peccata remiseris, ita a Deo remissum iri tibi spera. Cum ergo præjudicium tibi ipse facias, remitte debentibus debita, ut et tibi remittantur tua: quæ enim conservis tuis feceris, eadem a communi Domino recipies, et quo iudicio alios iudicaveris, eodem et ipse iudicaberis.

De æquitate.

Præbe faciles aures precanti, eique placide responde. Esi propter terreni regni celsitudinem aditu facilis non es, at propter regni cœlestis spem accessus ad te pateat omnibus. Consolare mœrentes si non muneribus, at saltem verbis: nam vel unum verbum quam multa munera pluris esse novi, et dictum unicum ad consolandum efficacius esse quam res alias sexcentas. Non enim tantum valet pecuniæ copia ad levandum animi dolorem, quantum blanda et lenis oratio principis: hæc igitur ratione subditorum tibi populorum benevolentiam sine ullo sumptu tibi conciliabis, qui ex eo te patrem potius quam dominum prædicabunt.

De referenda gratia.

Quot a Deo acceptisti beneficia, tot scito debere te gratias ei referre, qui debita non tanquam debita excipiat, sed quasi pro gratia duplo plures gratias reddat. Igitur largitori bonorum bonam gratiam redde, et quam ab eo accepisti dominationem, eam beneficiis in tuos conferendis impende. Sed eos tamen ad benefaciendum ditiores te esse putato, qui te sunt minores quod ad imperii potentiam attinet. Non enim eam accepisti ut retineres, sed suscepisti ut administrares, et ab eo, qui eam tibi tradidit, probæ administrationis mercedem ac pro terreno regnum cœleste reciperes.

De pulchritudine corporis.

Corporis forma hominem reddit idoneum, qui in aula regi terreno assistat; sed animi pulchritudo illum cœlesti regi charum gratumque reddit: et illa quidem ut momentaneis honoribus perfruarur facit: hæc vero æternam nobis Dei ac Domini amicitiam familiaritatemque conciliat. Tu vero nullum habes te superiorem cui corporis pul-

χρησασθαι τὸ θάνατον· μνήμην δὲ καταλίπης ἀγαθὴν, ἐν καὶ αὐτὸς τοὺς ἀγαθὴν καταλιπόντας μνήμην ζήλοισι· ἵνα καλὰ μὲν ἐκμελετήσης λέγειν, τὰ ὁμοία δὲ συνεθισθῆς πράττειν, καὶ ἂ φρονεῖν ἐπιτηδεύσεις διὰ τῶν λόγων, ταῦτα ποιεῖν ἐπιμελήται διὰ τῶν ἔργων.

Περὶ συμπαθείας.

Ὅσπερ οὐκ ἐν σώμα ᾧ οὐ κρῆνεται σκιά, οὕτως οὐδὲ ἄνθρωπος ᾧ οὐ παρέπεται ἁμαρτία. Ἡ γὰρ φύσις ἡμῶν εὐδολισθόν τι χρῆμα καὶ πρὸς τὸ πταίνειν εὐκατάφορον. Ἔσο οὖν τοῖς ἁμαρτάνουσιν εὐμενής, καὶ τῷ δικαίῳ κίρνα τὸ φιλόνηθρον. Κἂν γὰρ ἑτέρου πταίνοντας λογοθετεῖς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς τῶν σταυτοῦ σφαλμάτων λογοθέτην ἔχεις τὸν Θεόν. Καὶ καθ' ἑκάστην αὐτῷ παρεγγύα τὴν ἡμέραν, ὡς ἀφήσεις καὶ αὐτὸς ἀφεθῆναι σοι· παρ' αὐτοῦ ἔλπιζε. Ἐπαί οὖν σταυτῷ τὴν κρίσιν ἐπιψηφίση, ἀφες τοῖς ὀφειλέταις τὰ ὀφειλήματα, καὶ ἀφεθῆσεται σοι τὰ ἁμαρτήματα. Ἄ γὰρ ἂν τοῖς συνδούλοις ποιήσεις, ταῦτα παρὰ τοῦ κοινού Δεσπότης ἀνταποδέξῃ, ὅτι ἐν ᾧ κρῖματι κρῖνεις, ἐν τούτῳ καὶ κριθήσῃ.

Περὶ ἐπεικείας.

Ἵπὸ κλίνον τὸ οὖς σου τῷ δεομένῳ, καὶ ἀποκρίθητι αὐτῷ τὰ εἰρηνικά. Κἂν γὰρ ἀπρόσιτος ὑπάρχῃς διὰ τὴν κάτω δυναστείαν, ἀλλ' εὐπρόσιτος γενοῦ διὰ τὴν ἄνω ἐξουσίαν. Παραμύθησαι τοὺς ὀδυνομένους, εἰ καὶ μὴ δῶροισι, ἀλλ' οὖν τοῖς λόγοις· πολλῶν γὰρ δωρεῶν οὐδα καὶ λόγον ἕνα ὑπεράξειον, καὶ μυρίων ἄλλων πραγμάτων ῥῆμα ἕν εἰς παραψυχὴν ἰσχυρώτερον. Οὐ τοσοῦτον γὰρ χρημάτων δύναται περιουσία, ὡς βασιλείως ῥῆμα ἐπεικεῖς, παραμυθήσασθαι ψυχὴν ἀλγοῦσαν. Οὕτως ἀγαπητὸς γενήσῃ τοῖς ὑπὸ χεῖρα μάλιστα, καὶ δαπάνης χωρὶς τὴν ἀπάντων εὐνοίαν κερδήσεις, καὶ πατέρα σε μᾶλλον ἢ δεσπότην ἀνακηρύξουσι.

Περὶ ἀντιχάριτος.

Ἴσθι ὡς ἐξ' ὅσων ἡξιώθης παρὰ Θεοῦ τῶν ἀγαθῶν, ἐπὶ τοσοῦτον ὀφείλεις αὐτῷ ἀντιδιδόναι τὰς χάριτας, τῷ μὴ ὡς χρεὸς δεχομένῳ τὰς ὀφείλας, ἀλλ' ἀντιδιδόντι, ὡσπερ ἀντι χαρίτων διπλασίονας χάριτας. Ἄμειψαι οὖν τῷ εὐεργέτῃ τῶν ἀγαθῶν χάριν ἀγαθὴν, καὶ ἦν Ἐλαβεσ παρ' αὐτοῦ ἐξουσίαν· χρῆσαι ταύτῃ ταῖς εἰς τοὺς πλησίον εὐεργεσίαις. Πλουσιωτέρους δὲ σου μᾶλλον νόμιζε κατὰ τὴν εὐποιαν, ὅσοι μικρότεροί σου τυγχάνουσι διὰ τὴν ἐξουσίαν. Οὐ γὰρ Ἐλαβεσ, ἵνα κατέχῃς, ἀλλ' ἰδέξῃ, ἵνα οἰκονομήσῃς, καὶ τῆς καλῆς διοικήσεως παρὰ τοῦ δωδωκότος τοὺς μισθοὺς ἀπολήψῃ, καὶ ἀντὶ τῆς ἐπικήρου βασιλείας, τὴν ἀθάνατον.

Περὶ κάλλους σώματος.

Ὁραιότης σώματος ἄξιον τὸν κεκτημένον ἐποίησε παρίστασθαι τῷ ἐπιγεῖν βασιλεῖ· Ὁραιότης δὲ ψυχῆς ἀγαπητὸν ἐργάζεται τὸν ἄνθρωπον τῷ ἐπουρανίῳ Βασιλεῖ. Ἄλλ' ἢ μὲν πρόσκαιρον ἔχει τὴν τῶν ἀξιομάτων ἀπόλαυσιν· ἢ δὲ αἰώνιαν εὐρίσκει τὴν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Δεσπότην οἰκίωσιν. Ἄλλ' αὐτὸς μὲν οὐκ ἔχεις ἕτερον ὑπὲρ σε, ᾧ τῷ τοῦ σώματος κάλλει

ἀρέσεις, ἀλλ' ἔχεις Θεόν, ὃς οὐ κάλλος σώματος ἐκζητεῖ, ἀλλὰ ψυχῆς εὐγένειαν. Τούτω οὖν ἀρέσκων σπαύδει διὰ παντός, τὴν αὐτοῦ εἰκόνα σεαυτῷ καθάρων καὶ ἀμύλωντον φυλάττων, διὰ τῆς σωφροσύνης καὶ ἀγαθότητος.

Περὶ ἰατρείας.

Κενὸς ἐκείνός ἐστιν ὁ τοῦ ἰατροῦ πόνος, ἐὰν τὸ παρ' αὐτοῦ φάρμακον τὸ σῶμα μὴ ἰατρεύσῃ· καὶ μάταιος ἐκείνος ὁ τοῦ φιλοσόφου λόγος, ἂν μὴ δύνηται τὰ πάθη τῆς ψυχῆς θεραπεῦσαι. Ὡσπερ γὰρ ἰατροὺς περὶ σωμάτων φιλοσοφεῖν, οὕτω καὶ φιλοσόφους ψυχὰς ἰατρεύειν ἀναγκαῖόν ἐστιν. Ἐκείνους γοῦν ἡγοῦ ἰατροῦς ἀληθεῖς, ὅσοι ἀπὸ σωμάτων τὰς νόσους τῆ τέχνη διώκουσι· κακείνους ὀρίζου φιλοσόφους ἀψευδεῖς, ὅσοι ἀπὸ τῶν ψυχῶν τὰ πάθη τοῖς λόγοις ἐξορίζουσιν· εἰ γὰρ πειθηνίους ἔχουσιν τοὺς ἀσθενούοντας δι' ὅλου.

Περὶ συκοφαντῶν.

Ἄκοην ματαίαν μὴ παραδέχου, μηδὲ τοὺς συκοφαντούντας ἐναγκαλλίζου, μηδὲ φαῦλοις ἀνθρώποις εἰκῆ πιστεύς. Οἱ μὲν γὰρ πολλάκις τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας διὰ κακίας ὑπόληψιν ἀπώλεσαν, οἱ δὲ τοὺς οἰκείους τῆς κακίας θυμοὺς ἐμοῦντες, ἀθῶου αἵματος ὑπεύθυνόν σε καταστήσουσιν, οἱ δὲ ὑποπτόν σε ποιήσουσιν, ὡς χαίροντα τοῖς κακοῖς. Μεθ' ὧν γὰρ ἀναστρέφειν ποθεῖς, καὶ οἷς πιστεύειν φιλονεικεῖς, καὶ σὺ τοὺς αὐτῶν τρόπους εὐλόγως κεκτησθαι δόξεις.

Περὶ μελέτης γραφῶν.

Ἱστορίας ἀρχαίας ἐξέρχεσθαι μὴ κατόκει· ἐν αὐταῖς γὰρ εὐρήσεις ἀκόπως ἤπερ ἕτεροι συνῆξαν ἐγκόπως. Καὶ μάθοις ἐκείθεν τὰς τε τῶν σπουδαίων ἀρετὰς, καὶ τὰς τῶν φαύλων κακίας, τὰς τε τοῦ βίου πολυτρόπους μεταβολὰς, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων τὰς ἐναλλαγὰς, καὶ τοῦ κόσμου τὸ ἄστατον, καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς εὐμετάπτωτον, καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν, τῶν μὲν φαύλων τὰς ἀμοιβὰς, τῶν δὲ σπουδαίων πράξεων τὰς ἀντιδόσεις, ὧν τὰς μὲν φύγης, ἵνα τῆς ἐκείθεν δίქης κείραν μὴ λάθῃς, τὰς δὲ κατορθώσεις, ἵνα τῶν ἐντεῦθεν ἐπάθλων καταξιώθῃς.

Περὶ εὐεργεσίας.

Σοφὸν τί σε νοουθετήσω, καὶ ἀθηεὶ ἴσως τοῖς συμβουλευούσι, πλὴν καὶ πατὴρ καὶ στοργῆς οὐκ ἀνάξιον. Μᾶλλον ἀποδέχου, τέκνον, τοὺς παρὰ σοῦ δωρεὰς ἐξαιτούοντας, ἢ τοὺς δῶρά σοι φιλοτιμότερον προσκομίζοντας. Τοὺς μὲν γὰρ χρεώστας καταστήσεις εὐχομένους σοὶ τὰ ἀγαθὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ· κἀντεῦθεν καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν ὀφειλέτην ποιήσεις, τὰς ἀμοιβὰς σοὶ χρεωστικῶς ἀπονέμοντα· τῶν δὲ χρεώστης ὑπάρξεις, καὶ ὡς εὐεργέτας αἰδοῦς ἀνελευθέρου καταξιώσεις. Θέλοις οὖν εὐεργετεῖν μὲν ἅπαντας ἀνθρώπους, εὐεργετῆσθαι δὲ παρ' οὐδενὸς τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἢ παρὰ μόνου Θεοῦ· τοῦτο γὰρ ὅντως ἀρμόδιον ἐλευθέρῳ καὶ ἀληθεῖ τυγχάνει βασιλεῖ. Καὶ τοῖς μὲν αἰτούσι δίδου, καὶ στέργε τούτους· τοὺς δὲ δίδοντας ἤγγετον ἀποδέχου. Τούτοις μὲν γὰρ ὁλοὺς ὁ σκοπὸς τὴν χάριν ἀντιλαβεῖν· ἐκείνοις δὲ ἅπασα σπουδὴ τὴν

chritudine placeas, sed Deum habes Dominum, qui corporis formam non requirit, sed animi nobilitatem. Huic igitur in omnibus placeere studeas, illius imaginem puram incorruptamque per temperantiam ac morum puritatem in te ipso conservans.

De medicina.

Medici labor inanis est, si quæ ab eo exhibetur medicina corpus non curat: ita vana est philosophi oratio, quæ non potest animi perturbationibus mederi. Sicut enim medicis proprium est de corporibus philosophari, ita et philosophos necesse est animi morbis medicinam facere. Eos igitur veros mellicos existima, qui arte sua morbos e corporibus expellunt, et philosophos non fictos quicumque persuasionem suam cupiditates ex hominum animis evellunt, si modo obsequentes sibi omnino habeant infirmos,

De calumniatoribus.

Noli aures futilibus præbere sermonibus, aut calumniatores fovere, aut improbis hominibus temere credere. Illi enim sæpenuero viros bonos propter improbitatis suspicionem affligerunt, hi vero propriæ improbitatis iras vomentes innocentis sanguinis reum te constituent, aut suspectum reddent quasi improborum consuetudine gauderas. Quibuscum enim amas consuescere, et quibus sifidem habere soles, non immerito eorum mores induisse judicaberis.

De studio legendi historias.

Historias veterum evolvere ne te pigeat: ibi enim sine labore reperies quæ alii magno cum labore congesserunt. Atque inde honorum virtutes, et improborum vitia cognoscas, et varias humanæ vitæ mutationes, et rerum quæ in ipsa fiunt vicissitudines, cum rerum humanarum instabilitatem, tum Imperii ad cadendum proclivitatem, atque ut uno verbo dicam, maleficiorum quidem poenas, virtutum vero præmia leges; quorum illa quidem devitabis, ne ultionis, quæ illa persequitur, severitatem patiaris; istas vero amplecteris ut debita illis præmia consequi merearis.

De beneficentia.

Regulam tibi sapientem, licet ab usu consulentium fortassis alienam, filii, suggeram paterno tamen amore non indignam. Eos approba, filii, potius, qui a te munera postulabunt, quam qui ambitiose sua tibi dona obtrudent. Illos enim obsecratos tibi constitues, qui tibi a Deo bona precabuntur, et ipsum etiam Deum debitorem facies, qui benefactorum remunerationem persolvat, quasi obligatus: istis autem debitor ipse obligaberis, et quasi benefactores reverentia quadam illiberali prosequeris. Velis ergo potius omnes homines obligare tibi beneficiis, ipse autem nemini obligari nisi uni et soli Deo. Hoc enim profecto magis congruum est generoso et magnifico imperatori. Largire igitur petentibus, atque istos complectere: eos autem qui tibi offerent magis reproba. Iis

enim hoc propositum est, ut a te munera auferant, A χάριν ἀναπαροῦναι, εἰ μὲν ἔχουσιν, ἀνθρωπίνην, illis autem omne studium erit, ut gratiam tibi referant, εἰ δὲ μὴ ἔχουσι, πολλαπλασίαν παρὰ τοῦ Θεοῦ. humanitus quidem si solvendo erunt; sin secus, multiplicem a Deo tibi precibus impetrantes.

De nobilitate.

Sammam injuriam corporis nobilitati facit is qui animi nobilitatem negligit. Tu ergo regie corporis nobilitati quam habes fac ut animi nobilitatem, quæ summa est, adjungas; illa enim a natura et sine præmio habetur. hæc vero a voluntate, et mercedem conjunctam habet. Honora ergo et lauda, non eos, qui corpore sunt nobiles, sed potius eos qui sunt animo variis virtutibus ornato. Neque enim debet homo sola corporis nobilitate, sicut cætera animalia, esse contentus. Nam equi nobilitas est ut sit ferox atque interritus; canis ut la- B trator acer in persequendis feris, et de cæteris animantibus similiter: hominis vero, ut animum habeat omni virtutum genere exornatum. Corporis ornatus est forma, et robur, et bona valetudo: animi autem generositas in verbis moribusque, ac virtutum omnium perfectione consistit.

De patientia.

Nunquam in re ulla, mi fili, adversus Deum irascaris: id enim sæpenumero animi exilitas efficere solet: sed æquo animo casus omnes perferto, et sine cunctatione ulla obtemperato omnibus quæ tibi Deus obtingere voluerit; si gaudere, gaude; si mœrere, mœre; si secunda uti fortuna, utere: si adversa, patere. Omnibus cede, omnibus acquiesce: a peccato duntaxat abstine: hoc enim unum est quod nunquam te admittere oportet: quoniam ex Deo non est, imo ex Inconsiderantia fere nasci solet. Neque ergo secundis rebus extollere, neque adversis deprimere. Si enim in omni rerum acerbitate fortiter ferenda animi æquitatem ostenderitis, patientiæ mercedem a Deo feres: si vero mœrere te conficiens Dei consilio ac voluntati de te repugnare volueris, invitus tamen patieris, quæ Dei providentia de te statuerit, et patientiæ præmium simul amittes.

De eruditione.

Cogitare non solum de suis, sed etiam de subditorum rebus sollicitudo est rege dignissima: neque enim satis est bonum te præstare iis qui tuæ D dittoni subjecti sunt, sed et liberos relinquere oportet, qui quasi vivæ virtutis imagines sint cælestis. Quemadmodum qui liberos probe instituit, de universo regno bene meretur, ita qui eos male moratos, ac nullis litteris exultos relinquit, totam rempublicam graviter lædit. Obedi ergo, fili, paternis admonitionibus, ut et tibi ipse prosis, et regnum recte modereris, et mihi institutionis tuæ gratiam, bonam videlicet nominis memoriam persolvas.

De linguæ noxa.

Omnia audi, et ab omnibus discce: at quædam ex iis rejicies, quædam vero admittes, nempe ea quæ tibi usui atque honori esse queunt, ac tuis subditis

Περὶ εὐγενείας.

Υβρίζει την τοῦ σώματος εὐγένειαν ἐσχάτως, ὁ τὴν τῆς ψυχῆς εὐγένειαν μὴ κεκτημένος. Καὶ αὐτὸς εὖν σὺν τῇ τοῦ σώματος βασιλικῇ εὐγενείᾳ, κτῆσαι καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀκροτάτην εὐγένειαν· ἐκείνη μὲν γὰρ ἐστὶ φυσικὴ καὶ ἀμισθος, αὐτὴ δὲ προαιρετικὴ καὶ ἐμισθος. Καὶ τίμα μὲν καὶ ἀποδέχου μὴ τοὺς εὐγενεῖς τῷ σώματι, ἀλλὰ τοὺς κεχαρισμένους τῷ πνεύματι. Οὐ γὰρ ὁμοίως τοῖς ἀλλοῖς ζώοις καὶ ὁ ἄνθρωπος ὀφείλει γυμνὴν ἔχειν τὴν τοῦ σώματος εὐγένειαν. Ἴππου μὲν γὰρ εὐγένεια τὸ σοβαρὸν τε καὶ εὐσταθὲς· κυνὸς δὲ τὸ ὑλακτικόν τε καὶ κυνηγετικόν, καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὁμοίως· ἀνθρώπου δὲ, τὸ τὴν ψυχὴν ἔχειν παντοίαις κεκοσμημένην ἀρεταῖς. Τῶν μὲν γὰρ σωμάτων ὁ κόσμος, κάλλος καὶ βῶμη καὶ εὐεξία· τῶν δὲ ψυχῶν, λόγος καὶ τρόπος ἀγαθός, καὶ τῶν ἀρετῶν ἡ τελειωσις.

Περὶ ὑπομονῆς.

Μηδέποτε πρὸς Θεὸν ἀγανακτήσης, τέκνον, ἐν οὐδενί· τοῦτο γὰρ πολλάκις οἶδεν ἡ μικροψυχία γενεῖν· ἀλλ' εὐχαριστῶς ἅπαντα δέχου τὰ περιπίπτοντα, καὶ πᾶσιν ἔπου ἀνευδοιάτως, οἷς ἂν θάλη ὁ Θεὸς γενέσθαι περὶ σέ· ἂν χαίρειν, χαίρε· ἂν λυπεῖσθαι λυποῦ· ἂν εὐημερεῖν, εὐημέρει· ἂν πάλιν δυστυχεῖν, δυστύχει. Πᾶσιν εἶπε, πᾶσιν ἀρέσκου· μόνης δὲ τῆς ἀμαρτίας μακρύνου· ταύτην γὰρ σε μόνην καταδέχεσθαι οὐ χρεῖ· οὐδὲ γὰρ ἐκ Θεοῦ, ἀλλ' ἐξ ἀπροσεξίας ἐπιγίνεσθαι εἴθε. Μῆτε οὖν εὐτυχῶν ἐπαρθῆς, μῆτε γούν δυστυχῶν ὑπεραλήθησῃς. Εἰ μὲν γὰρ μακροθύμως φέρων ἐπὶ πᾶσιν εὐχαριστήσεις τοῖς ἀνιάρσι, καὶ τὸν τῆς ὑπομονῆς πάντως ἀπολήψῃ μισθόν· εἰ δὲ σεαυτὸν τρύχων, ἐναντιώσῃ τῇ περὶ σέ τοῦ Θεοῦ οἰκονομίᾳ, καὶ ἀκων πάθοις, τῇ προνοίᾳ φερόμενος, καὶ οὐδὲν μὲν προσωφελήσεις σαυτὸν, μᾶλλον δὲ καὶ τὸν τῆς ὑπομονῆς προσοπλίσεις μισθόν.

Περὶ παιδείας.

Βασιλικώτατόν ἐστιν ἔργον μὴ μόνον τὰ ἑαυτοῦ τὸν βασιλεία σκοπεῖν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ὑπηκόων ἐπισκοπεῖν. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ ἑαυτὸν ἀγαθὸν παρέχειν τοῖς ὑπὸ χεῖρα, ἀλλὰ καὶ τῆς ἰδίας ἀρετῆς τοὺς παιδας καταλιμπάνειν εἰκόνας. Ὅσπερ γὰρ ἀγαθοῦς παῖδας ἐκτρέφω, ἅπασαν τὴν βασιλείαν εὐεργετῶ, οὕτως ὁ πονηροῦς καὶ ἀπαιδεύτους ἐὼν, ἅπασαν τὴν πολιτείαν ἀδικεῖ. Πειθου οὖν, τέκνον, τοῖς πατρικοῖς μου λόγοις, ἵνα καὶ σεαυτὸν ὠφελήσῃς, καὶ τὴν βασιλείαν εὐδοήσῃς, καὶ ἐμοὶ χάριν τῆς παιδείας τὴν ἀγαθὴν μνήμη χάριση.

Περὶ γλωσσολαγίας.

Ἄκουε πάντα, καὶ πορὲ πάντων μάνθανε· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀποδέχου, τὰ δὲ ἀποστρέφου, καὶ ἀποδέχου μὲν ὅσα σοι ὄφελος καὶ τιμὴν περιποιεῖται, καὶ τοῖς

ὕπηκούς οὐδὲν λυμαίνεται· ἀποστρέφου δὲ, ὅσα καὶ ἅ τούς ὑπηκόους βλάπτει, καὶ σὲ μὴδὲν ὠφελῆσει. Γλῶσσα γὰρ δολία, ἐὰν ἐξη τὸν συνεργάτην δυνάμενον, πολλῶν κακῶν αἰτία ἐαυτῇ τε καὶ τοῖς ἐπομένοις, γενήσεται· στόμα δὲ εὐρημον σὺν ἀληθείᾳ διαλεγόμενον, πολλὰ τοὺς τε ἀκρωμένους, καὶ τὸν κακῆμένον ὀνήησι. Θέλει οὖν μὴ τοῖς κακοῖς χαίρειν, ἀλλὰ τοὺς ἀγαθοὺς ἀποδέχεσθαι· καὶ εἰρηνεύειν μὲν τὸ ὑπήκουον, ἀλλὰ μὴ κατ' ἀλλήλων ὀτρύνεσθαι· οὐ γὰρ μάχαι καὶ ἐριδῆς, ἐκεῖθεν μακρύνεται ὁ Θεός· οὐ δὲ εἰρήνη καὶ ἀγάπη, καὶ ὁμόνοια, καὶ τοῖς εἰρηνεύουσιν, εὐΐλατον καὶ ἔγγυς τὸ Θεῖον παριστά, καὶ τοῖς εἰρηνοποιοῖς τὴν υἰοθεσίαν τοῦ Θεοῦ προξενεῖ.

Περὶ ἀγαθοῦ τρόπου.

Στέφανον βασιλείας τὴν ἀγαθὴν ὀρίζου συνείδησιν, δι' ἧς κοσμήσεις σεαυτὸν μᾶλλον ἢ τοῖς μυριοῖς ἄλλοις ἐγκαλλωπίσμασιν· Ὁ γὰρ πλοῦτος ἀπιστὸν τι χρῆμα καὶ εὐόλισθον· ἡ δὲ δόξα, παρέρχεται· τὸ δὲ κρῖτος ἀπέρχεται· καὶ αἱ ἡδοναὶ διαβρέουσι· μόνος δὲ ὁ ἀγαθὸς τρόπος εἰς αἰῶνα συμπαρεκτείνεται, καὶ ἀθάνατόν σε ποιήσει τῇ μνήμῃ, ἀλεξιφάρμακον ὥσπερ τὴν σὴν ἀρετὴν τοῖς μετὰ σὲ χαριζόμενος, καὶ πάντας καὶ ἐκαινέτας, καὶ μιμητάς τῆς σῆς πολιτείας ποιούμενος.

Περὶ τοῦ κρατεῖν τῶν ἡδονῶν.

Ἰσθι, τέκνον ἐμὸν, ὡς τότε σε κατὰ τὴν ἀλήθειαν βασιλεῖα ὀρίσονται, ὅταν μὴ μόνον τῶν ὑπηκόων κρατῆς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἡδονῶν ἀπασῶν ἐπικρατῆς. Ἔστω γὰρ σοι στέφανος, τῆς βασιλείας σύμβολον· ἀλλ' ἔστω καὶ δικαιοσύνη τῷ πράγματι σύνδρομος· πορφύρα δὲ σε κοσμήσει, ἐπὶ ἡ σωφροσύνη ταύτη συνεπανθήσει· καὶ τῶν ποδῶν σε τὸ ἐρουθρὸν τιμήσει ὑπόδημα, ἐὰν αὐτοῖς τὴν φλόγα τοῦ τύφου καταπατήσης. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ πρόσκαιρόν σοι τὴν βασιλείαν χαρακτηρεῖ· ταῦτα δὲ καὶ τῆς αἰωνίου κολάσεως βύσεται, καὶ τὴν ἀθάνατόν σοι προξενεῖ βασιλείαν.

Περὶ λόγου τελείου.

Λόγου τοῦ τελειοτάτου πάντων ἐν ἀνθρώποις λαν ἐπιμελοῦ· δι' αὐτοῦ γὰρ ἡ ἐπίγειος βασιλεία ἐξεκονίζει τὴν ἐπουράνιον τάξιν, καὶ ἀρμονίαν· λόγος γὰρ ἡγεμονεύει τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, οὐ περιαιρεθέντος συμπεριαιρεῖται τὰ ἡμέτερα. Κεῖσαι οὖν τοῦ λόγου τὸ χρῆμα, μὴ ἐνδεὲς, ἀλλὰ τέλειον. Οὐδὲ γὰρ κυβερνήτη πιστευτόν τοῦ σκάφους τὴν σωτηρίαν, εἰ μὴ καλῶς κυβερνᾶν ἐξεπίσταται· οὕτως δὲ βασιλεῖ βασιλικώτατα κρατεῖν, εἰ μὴ τοῦ λόγου τὴν δασκασίν τοῦ πρακτικώτατου διεξέρχεται. Λέοντι μὲν γὰρ τὸ ἀρχικὸν ἐν θηρίοις, ὡς ὁ λόγος, ἡ δύναμις· αἰετῷ δὲ ἐν πετεινοῖς, τὸ ὑψιπετὲς καὶ δραστήριον· ἀνθρώπῳ δὲ κατὰ γῆν ὁ λόγος τὴν ἔξουσίαν χαρίζεται.

Περὶ τοῦ μὴ ἐπαίρεσθαι.

Ἐπὶ νίκαις ὑπεναντιῶν μηδέποτε ἐπαρθῆς, μηδὲ ἐπὶ πολεμίων συμφοραῖς γαυρίαμα κτήσῃ, μηδὲ ἐπιχαρῆς ἐπὶ πτώσει ἐθρῶν σου, μηδὲ ἐγγελάσης δυστυχίαν ἑτέρου, μηδὲ ἐπικροτήσης ἐπ' ἀπωλείᾳ ἀνθρώπου· κοινὴ γὰρ ἡ φύσις, καὶ τὴ μὲλλον ἀόρα-

minimo obesse possunt : rejice autem ea quæ et subjectos lædunt, et tibi nihil prosunt. Lingua enim fraudulenta, si potentem adiutorem nacta fuerit, et sibi et sectatoribus suis multum afferet detrimenti. Os autem sincerum, quod nil nisi verum proloquitur, et dominum suum, et eos qui illum audiunt juvat plurimum. Malis ergo ne gaudeas, sed bonos assume : pacem inter populos fove, neque eos inter se committas. Ubi enim lites sunt et pugnæ, procul abest Deus : ubi vero pax, et charitas, et concordia, pacificis se præsentem et propitium exhibet et adoptionis in filios Dei copiam eis facit.

De bonis moribus.

Lectissimam esse regni tui coronam statuito bonam conscientiam, qua te magis meliusque exornabis quam sexcentis aliis ornamentis. Divitiæ enim infida quædam res est, et quæ facile dilabatur. Gloria evanescit, robur niarcescit ; voluptates diffluunt : sola innocentia bonique mores in multas ætates protenduntur, ac tuum nomen immortalitati commendabunt, virtutemque tuam quasi adversus mala omnia pharmacum posteris imitandam reliques, eosque et laudatores et imitatores tuæ administrationis habebis.

De voluptatibus superandis.

Scito, mi filii, verum te regem homines judicatueros cum non solum subditos in manu habebis, sed a voluptatibus etiam omnibus temperabis. Sit ergo tibi corona pro signo imperii, sed coronæ semper adjuncta sit comes justitia. Purpura quidem tibi ornamento erit, si temperantia illam comitetur. Calcei rubri decenter pedes tuos ornabunt, si in ipsis superbiz fastum proculcabis. Illa enim perituri imperii tibi nota erunt ac signum : ista vero ab æterno supplicio te vindicabunt, et immortalis regno donabunt.

De perfecta dicendi facultate.

Eloquentiam rerum omnium humanarum perfectissimam diligenter exerce : per eam enim terreni regni principatus refert quodammodo cœlestium rerum ordinem et convenientiam : oratio rebus omnibus humanis præest, quam si tollas, simul et omnia nostra tollas. Da ergo operam ut tibi dicendi facultatem pares, non eam quidem mancam aut diminutam, sed perfectam. Neque enim gubernatori navigii salus committitur, nisi bene gubernare didicerit : neque regi imperio regio uti, nisi facultatem dicendi ad res gerendas accommodatissimam diligenter exercuerit. Leoni siquidem regnum in bestias dat robur animi et corporis : aquilæ in aves volatus sublimis et velox : homini autem super terram imperium dat oratio.

Non esse gloriandum.

Propter relatam de hostibus victoriam gaudio ne effararis, nec adversariorum calamitatibus insultes, neque ob ruinam inimicorum læteris, nec alterius miseriam ridcas, nec ob ullius hominis incertum manibus plaudas : natura enim commu-

nis est omnibus, et futurum provideri nequit. Re-
miniscere eorum quæ ante te fuerunt, et quæ postea
evenient intelliges, magnæ enim ac multæ sunt
vitæ hujus vicissitudines, ac præteritorum recor-
datio præsentibus documento esse debet. Ne te
efferas, aiunt, ne tanto profundius dejiciaris; ne
partas tibi victorias ascribe, ne unquam fortunam
experiaris adversam: sed aliorum calamitatibus
illacrymare, atque hominum miseriis condolesce,
homo ipse cum sis: festorum celebritates propter
partas victorias soli Deo gratus acceptas refer,
ut et in secundis rebus te submitte, et in adver-
sis erigens, nunquam te hominem esse obliviscaris.

De studio litterarum.

Ad mores tuos omni ex parte excolendos veterum
sapientum sententias continenter evolve: multa
enim in illis præcepta utilissima reperies, præ-
sertim in operibus Salomonis atque Isocratis.
Adde etiam si vis Jesu filii Sirach documenta atque
consilia, e quibus multum civilis et regis prudenti-
æ haurire poteris. Cætera etiam divinitus inspi-
ratæ Scripturæ oracula perfecta tibi esse oportet,
ut cum sapientia consummatus fueris, me regem,
patrem ac præceptorem tuum, lætitia perfundas
ac cæteros etiam ipse exhortari ac docere possis:
et homo cum sis finem tibi præscriptum esse, mel-
lius intelligas; ac nullum hominem esse peccati,
nullum mortis expertem; nullum qui non judi-
candus sit de omnibus quæ in vita gesserit, nul-
lum qui de mortis suæ termino aliquid certi sciat.

Α τον ὄρα οὖν τοὺς πρὸ σοῦ, καὶ τότε μαθήσῃ τὰ μετὰ
σε. Πολλὰ γὰρ εἶδεν ὁ βίος πράγματα ἀμείβειν, καὶ
τῶν παρελθόντων τὰ πάθη τοῖς νῦν παροῦσιν ὑπάρ-
χει διδασκαλία. Μὴ οὖν μέγα ἐπαρθῆς, φησὶν, ἵνα μὴ
μείζον πίσης, ἀλλ' οὐδὲ τῶν κατορθουμένων σοὶ
τροπαίων μὴδὲν ἴδιον λογίσῃ, καὶ οὐδέποτε τῶν
ἀπευκαταίων πειραθῆσῃ. Ἄλλ' ἐπιδάκρυε μὲν ταῖς
ἀλλοτρίαις συμφοραῖς, συμπάθει δὲ πάσχουσιν ἀν-
θρώποις, ἄνθρωπος ὢν καὶ αὐτός· τὰς δὲ ἐπὶ ταῖς
νίκαις πανηγύρεις, ἀνατίθει μόνῃ τῷ Θεῷ εὐχαρί-
στως, ἵνα καὶ ἐν ταῖς εὐτυχίαις δυστυχῶν, καὶ ἐν
ταῖς δυστυχίαις εὐτυχῶν, τὸ ἄνθρωπος εἶναι μὴ ἀπο-
λέσῃ.

Περὶ ἀναγνώσεως γραφῶν.

Β Ἴνα δὲ σοὺ τὸ ἦθος διὰ πάντων κοσμήσῃς, μὴ
κατόκνει τὰς τῶν παλαιῶν διεξέρχεσθαι γνώμας·
πολλὰ γὰρ ἐν αὐταῖς εὐρήσεις τὰ χρήσιμα· καὶ πλεόν
πάντων τὰ τε Σολομώντια, τὰ τε Ἰσοκράτεια. Εἰ
βούλει καὶ τὰ τοῦ Ἰησοῦ τοῦ Σιράχ διαμελέτα βου-
λεύματα καὶ διδάγματα, ὡς ἐκείθεν καὶ πολιτικὰς
καὶ βασιλικὰς ἀρετὰς δυνάμενος ἀνελίξασθαι. Τὰ
γὰρ ἄλλα πάντα τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς σωτήρια
λόγια συναναπνέσθαι σοὶ πάντως ἐπάναγκες. Ἐπὲν
δὲ τέλειος γένη τὴν φρόνησιν, κάμει τὴν βασιλείαν, καὶ
πατέρα, καὶ παιδευτὴν εὐφρανεῖς, καὶ αὐτός τότε
νοθετεῖν ἑτέρους ἀξιώσῃ· καὶ τὸ οἰκτεῖν τέλος
ἄνθρωπος ὢν, μᾶλλον ἐπιγνώσῃ, ὅτι οὐδεὶς ἀνθρώ-
πων ἀναμάρτητος, οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀθάνατος, οὐ-
δεὶς ἀνθρώπων τὴν τῶν βεβιωμένων διαφεύζεται κρι-
σιν, οὐδεὶς ἀνθρώπων οἶδε τοῦ βίου τὸ ἀδελον τέλος.

MONITUM.

(Ang. Mai. *Script. veter. nov. coll.* t. II, pag. 679.)

Cum in Vaticanis codicibus politica scripta vestigarem, Basilii quoque imperatoris editas ad filium admonitiones lectitabam, ab iisque, in uno saltem codice, caput XIII, quod est de pecuniæ contemptu, abesse videbam. Verum idem codex prædictum defectum eum fenore resarciebat: namque in admonitionum illarum pervulgatarum calce, alia subtexebatur ejusdem Basilii ad eundem filium admonitio, quæ in editionibus, quantum vidi, desideratur.

III

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ

ΕΤΕΡΑ ΠΑΡΑΙΝΗΣΙΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΥ ΥΙΟΝ ΛΕΟΝΤΑ ΒΑΣΙΛΕΑ.

BASILII IMPERATORIS

ALTERA EXHORTATIO

AD FILIUM SUUM LEONEM IMPERATOREM.

Ἡ θέλα καὶ παναγία Τριάς ἡ παντοδύναμος καὶ Ἀ ζωοποιὸς ἀγαθότης, ἡ ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ὁμοουσιῶς δοξαζομένη, τὸ ὑπερέβαλλον ἐπιδείξει βουλομένη τῆς οικείας ἀγαθότητος, καὶ ἐν πᾶσι μὲν τοῖς οὔσι, κατεξαιρετον δὲ τοῦ ἀνθρώπου πρόνοιαν ποιούμενη, κατ' εἰκόνα ἰδίαν τὸ νοερὸν τούτου δημιουργήσασα, δόξῃ τε καὶ τιμῇ στεφανώσασα, σοφίαν αὐτῷ ἐδώρησατο, δι' ἧς κατὰ τὸ δυνατόν Θεὸν γνωρίσαι δυνατόμενος, δοξάζοι διὰ παντὸς τὸν τῶν ἀπάντων κτίστην ἡ σοφία τοίνυν ἐκ τῆς αὐτῆς μεγαλειότητος τοῖς ἀνθρώποις δοθεῖσα, προδήλως καὶ καλῇ καὶ τερπνῇ ὡς Θεοῦ δῶρον καθέστηκε. Καὶ σὺ οὖν, τέκνον ἐμὸν θεοφύλακτον, σοφίᾳ ἐκτρεφόμενος γενοῦ φιλόσοφος (2) ἐκ τοῦ τὸν Θεὸν φοβεῖσθαι ἄρχῃ γὰρ σοφίας φόβος Κυρίου ἡ σύνεσις δὲ ἀγαθῆ, πᾶσι τοῖς ποιούσιν αὐτήν. Ἀγάπα τοίνυν τὸν Κύριον ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ καρδίας σου καὶ αὐτῷ λάτρευε, καὶ αὐτὸν μόνον δόξαζε δημιουργὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης, πάντων τε ὁρατῶν καὶ ἀορατῶν, ὅς καὶ γενέσεται σοι βοηθὸς ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις τῆς προσκαιροῦ τῆσδε ζωῆς σου, καὶ ἐν αἰῶνι τῷ μέλλοντι ἰσχυράτων τῇ θεοδιδάκτω σοφίᾳ (3) ἄριστή γὰρ ἔδει ὑπάρχουσα, δυσὶ τρόποις ἐν τῷ ἀνθρώπῳ θεωρεῖται τε καὶ γνωρίζεται, τοῦτέστιν ἐν λόγῳ καὶ ἐν ἀρεταῖς. Αὐτὰ τὰ βᾶθη τῶν πραγμάτων ἑναργῶς ἀποδεικνύουσα, καὶ ἐν σμυρῇ διαγωγῇ καὶ ἔργοις ἀγνοῖ, καὶ θεωρεῖται ἡ δὲ ὧν δύναται τις πάντα πράττειν ἀρροδίως, ὥστε καὶ Θεὸν θεραπεύειν, καὶ ἀνθρώποις μέγας καὶ ἐνδοξὸς ἀναδείκνυσθαι. Τίμα ἱερεῖς καὶ πρεσβύτεας, καθάπερ γονεῖς, ὅπως καὶ αὐτὸς κλειύσει Θεοῦ τιμηθῆς ἐκ παίδων τῶν οικείων καὶ ἀλλοτρίων. Πτωχοῖς καὶ ἐνδοῖς καὶ ἐν ἀνάγκαις ὑπάρχουσιν μεταδίδου προθύμως ἡ γνώσκων ὅτι δι' αὐτῶν

Divina et sanctissima Trias, quæ est omnipotens vivificansque bonitas, tribus consubstantialibus in personis honoranda, dum summam suam benignitatem gestit demonstrare, atque omnium rerum, sed hominis precipue, curam præ se ferre; hujus quidem animam ad imaginem sui creavit, et gloria atque honore exornavit, sapientiamque indidit; ejus ope Deum, quatenus fieri potest, agnosceret, naturæque universæ conditorem nunquam non honoraret. Itaque sapientia ex eodem supernæ liberalitatis fonte dimanans, sine dubio et decora est et jucunda, videlicet quia donum Dei est. Tu quoque igitur, fili mi (cui Deus utinam semper faveat!), sapientiæ lacte nutritus, philosophum te timendo Deum proflere: initium quippe sapientiæ timor Domini; recte autem sapiunt quicumque illam exercent. Ergo Dominum toto ex animo et corde ama, illique cultum exhibe: atque ut unicuique cœli, terræ marisque visibilium invisibiliumque Conditorem honora, qui vicissim tibi tum in omni hac temporali vita, tum in futuro sæculo favor erit. Sacræ præsertim doctrinæ studium impende; hanc enim et præ cæteris et dupliciter homini esse utilem conpertum est, quia scilicet eum litteris simul et virtutibus instruit. Nam rerum illi naturam intimam perspicue revelat, eundemque honesta vita, puris Deoque gratis operibus, florentem efficit: ex quo consequitur, ut cuncta recte ab homine fiant, Deo cultus exhibeatur, ipseque magnis inter cives suos et præclarus evadat. Honora sacerdotes et senes, parentum instar, ut tu vicissim honorem a Deo liberisque tuis et alienis consequaris. Inopibus, calamitosis, et ne-

NOTÆ.

(2) Scilicet Philosophi seu Sapientis agnomen reaptes Leo virtute sua doctrinæque consecutus est.

(3) Revera Leonis Sapientis scripta multis in argumentis sacris versantur.

cessitate pressis alacriter largire; reputans scilicet te pecuniam apud Deum in fenore ponere, a quo majorem sortem reportabis. Beneficium ne in crastinum differas: *Nescis*, enim, inquit divinum Scriptum, *quid crastina dies laturo sis*. Esto animo atque opera liberali. Quidquid enim in terra scribitur, ibidem succrescit: sola eleemosyna est quæ humi sata, in cœlis centuplicem fructum parit. Erga bonos esto mitis, adversus pravos severus; blandus hominibus, voluptatibus austerus. Cum sanctis viris versare; improbos fuge et detestare: *Corrumpunt enim*, ut ait Scriptura, *bonos mores colloquia prava*. Iniquo homini ne blandiaris; imo vero eum commoneto: nam si respuerit, bene est; sin propositi tenax fuerit, acerbius eum corripere. Sic enim et gratam Deo rem facies, et hominem illum capistro veluti astringes, atque ad Deum cognoscendum compelles. Etsi enim paulisper dolebit, teque oderit, deinde tamen æternus tibi amicus erit. Veritatem ama et sectator. Deus quippe veritas est. Mentendi nescius sis; parens enim mendacii diabolus. In sacris concionibus silentium servato, dum Dei sermones audis: qui adeo Deum mente tua per otium revolve. Cum a quotidianis curis vacabis, nesis iners; etenim inertia morbosum animum corpusque facit. Divinis libris operam da; pacem dilige; scandala devita. Uxoribus societate gaudeas; alienarum ne oculum quidem intendas. Fastui denique vanæque gloriæ ne sis obnoxius. Patris tui monita diligenter custodi. Nemo enim sic absque invidia docet, ut pater filium. Et fieri quidem potest ut magister discipulo invidet, a quo forte superetur: parens autem magna gloria augetur, si eum filius suus superet, imo vero maximus inter homines evadat. Admonitionibus patris tui sæc auscultes, neque indecoram vitam instituas. Omnino mos tuus et sermo et cogitatio honestate exornentur.

 σὸς ὀφθαλμοῖς τὸ νεοφανὲς σωτήριον Ἰσραὴλ. Χρῆ γὰρ καὶ τοῖς κάτω μεμηνύσθαι τὰ ἄνω παράδοξα πράγματα, καὶ ὡς τοῦ κόσμου τὸ σωτήριον ἐπέστη· κάκεινους ἐνηχηθῆναι ὡς σάρκα Θεὸς φορεῖ, καὶ παι-
 λῖον ὁ προαιώνιος γέγονε· καὶ ὁ τροφεὺς θηλάζει· καὶ ὡς ἐλεύσεται πόνων τοῖς ὀδυνομένοις ἀπαλλαγῆ, τῇ ἐκείνου τῶν πόνων ὑπομονῇ. Διὰ τοῦτο μὴ πρὶν ἐξελίσεσθαι τῶν δεσμῶν τῆς σαρκὸς Συμεῶν χρη-
 ματίζεται, ἡ τὸν λυτρωτὴν παραγεγονότα θεάσεται.
 Ἄδὰμ ἄκοην βεβυσμένην τῇ λύπῃ, χαρμοσύνη φθέ-
 γματι διανοίξει, καὶ παλάμαις οἰκείαις μηνύων τὸν πλάστην φερόμενον, ἐξ ἀπογνώσεως εὐέλπιδα ποιή-
 σει τὸν γέροντα. Εὐα μαθούσα γυναικὶς ἀποκυθέντα Θεὸν, ῥῆον ἔσται διὰ τῆς τῶν ὀφθῶν κατάραν, ἣν ἐκπυρροῦσεν ταῖς ἐξ αὐτῆς... Μωσῆς πληροῦντα νό-
 μον οὗ γραφέντα δακτύλοις ἐδέξατο, καὶ τῶν ἐν πυρὶ καὶ βᾶτῳ τεθεαμένων τὴν ἐκδοσιν εἴσεται. Πάντες οἱ κάτω ἐσχυρωπακέτες φαιδρὸν ὑποδέχονται κήρυ-
 κα. Ἦν δ' ἄρα καὶ τοῦτο τῆς ἀπείρου Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους στοργῆς, μὴ μόνον τοῖς ἐν θλίψει καὶ στενοχωρίᾳ αὐτὸν ἀφίχθαι παράκλησιν, ἀλλὰ καὶ προμεμνησκέναι τὸ εὐεργέτημα· ἵν' ἐν τῇ τῶν χρη-
 στῶν ἐλπίδι, κουφότερον ἢ τὸ ἐπίπονον· καὶ ὑφεῖτο ταύτη ὡσπερ δρόση ἢ φλὸς τῆς κακώσεως.
 ut nedium afflictis positisque in angustia consolator adveniret, verum etiam eo beneficii nuntius præiret : quo bonorum spe, levior esseretur labor, eoque velut rore, afflictionis flamma remissa mi-
 tesceret.

Ἄλλ' ὁ μὲν τῇ παλαιότητι γεγρακῶς ἱερεὺς, τῷ προσδυτέρῳ παραγεγονότι νηπίῳ, παλάμας λειτουρ-
 γοῦς εἰς ὑποδοχὴν προσαγαγῶν, καὶ τὴν μέλλουσαν ἔσσεσθαι προθμνηκῶς σωτηρίαν, τῶν δεσμῶν τῆς σαρκὸς τὴν λύπην· ἀντικαμῶναι. Τί δὲ ἡμεῖς οἱ τὴν παλαιότητα ἀποθέμενοι ; Οἱ ἀναγεννηθέντες διὰ τῆς γεννήσεως· οἱ προσενηχθέντες τῷ Πατρὶ διὰ τῆς καθ' ἡμᾶς λειτουργίας τοῦ ἡγαπημένου παιδὸς αὐτοῦ·

A grandi a sæculo veniam accepisset, abit inferni pauperibus, visi thesauri nuntium perlaturus : ad quem cum accessisset, contractum ex carne emar-

Olim sane ostensa sunt prophetæ oculis earum rerum symbola, quæ geruntur²². Nimirum, forcepts ac carbo ænigma erant, illa quidem complectens; hic vero, prophetæ contingens labia, propheti- cumque afflatum eliciens. Hæc porro erant, nunc gesta res, pridem autem ænigmata, nempe lactans mulier virgoque; inaccessus, quique nibilo- minus teneatur. Puella, forcipis instar Deitatis carbonem tenens; cujus etiam tactu sacerdotis consecrentur manus, osque prophetico spiritu ad- impleatur : ulnæ materiales eum soventes quem absoluti a materia oculi incorporeique non audent aspicere, eum, inquam, qui suæ substantiæ uniens nostram molem atque materiam, quod majestate importabile habet, materiali nostro ac corpore portari facit. Ac quidem astringitur fasciis, solvit vero gestantem sacerdotem a carnis fasciis, post- quam ille rugosis oculis recens ostensum Salutarem vidisset. Nam et positus in inferno nuntianda erant, quæ plena miraculo in terra gerebantur, atque ut mundi Salvator advenisset : ut et illorum insonaret auribus, Deum gestare carnem, atque eum, qui sæculis esset antiquior, puerum esse factum : ut, inquam, altor ipse alatur ; utque sit venturus a laboribus ac doloribus liberator, qua ipse sustinebit labores. Idcirco Symeon responsum accipit, non se prius migraturum, ac a carnis absolvendum vinculis, quam videat adesse Liberatorem²³. Ob- turatas præ tristitia Adami aures, pleno gaudii sermone aperiet, nuntiansque suis se manibus ges- tasset Creatorem, spe defectum senem, spe bona augebit. Discens Eva feminam Deum peperisse, lenius feret partus maledictionem, quam sibi ipsa prævaricatione ascivit. Audiens Moses implentem legem, cujus is digito scriptam illam accepisset, eorum quoque quæ in igni ac rubo viderat²⁴, eventum pernoscet. Universi in inferno mæsti agen- tes, lætum suscipient præconem. Erat sane hoc

D quoque infiniti erga humanum genus divini amoris,

Cæterum senio quidem veteratus sacerdos, seniori advenienti infanti, manus suscipiendo famulantes offerens, ac ubi futuram salutem præmisso cantico laudasset, solutionem a carnis vinculis mercede recipit. Quid vero nos qui deposuimus vetustatem? Qui nativitate regenerati sumus, qui Patri oblati, per unigeniti Filii ejus in corpore nobis simili ministere- rium, quodnam ministerium, quodnam obsequium

²² Isa. vi, 1 seqq. ²³ Luc. ii, 26. ²⁴ Exod. iii, 3.

VARIÆ LECTIONES.

• Ἰσ. λθσν.

cultumque offeremus? Plane ut nos ipsi ei offeramus, cujus oblationis ergo tanta illa exinanitio fuit ac inclinatio, ut imaginem integram servemus, nec Dominicæ picturæ obruamus florem: quin potius ut non defunctorie eam depurgemus, pulchrisque rureum coloribus novum ei florem addamus. Efficiamur altissimi Patris filii, propter eum qui ex nostra extrema vilitate matrem agnovit. Efficiamur Dei templum: hoc enim Dei ad homines adventus complementum. Nos ipsos ornemus virtutum ornamentis atque tropæis, latitantiaque animis vitiorum ac perturbationum reptilia tota virtute persequamur. Manus castas reddamus, benefici in conservos, qui a Domino præclare beneficia consecuti simus. Benignitatem ac clementiam exhibeamus, qui ipsi benigne clementerque fuerimus habiti. Ad augmentum promoveamus spiritualis ætatis eum reveriti, qui in carnis nostræ imperfecta ætate versatus est nostræ imperfectionis causa. Emundemus igni labia; nam et nobis expiatorium licet carbonem contingere. Quinimo quibus ejus nobis sit facta facultas, ne inde accedentem emundationem contemnamus. Sic sacri, eum adeuntes qui hodie offertur in templo, una cum vetula ac casta Anna vicissim constebimur: semper virginem Matrem affabimur, non ex iis quæ Synagoga in ejus primogenitum Filium molitura est, neque id vero, *Tuam animam pertransibit gladius* ²⁰, sed de beneficio quod orbis fines consequentur; de gaudio colloquemur, cujus divitias adepti sumus.

Te castissimam magnifice efferimus (non incongruo clamemus vocis sono) per quam magnificus opifex, maximum suorum operum, summeque horrendum perfecit; quæ continentem omnia, sinu continueris: ex cujus uberibus altus sit, qui universis e terra, quo alantur producit; quæ sola benedicta sis inter mulieres, universoque generi benedictionem hæreditate comparaveris, ac tristem majorum sortem a nobis abstuleris. Vetera te ænigmata felici partu matrem præsignarunt: nempe thronus, ac forceps, domusque plena gloriæ: ac si qua ejusmodi, videntes oculi, hactenusque umbram obtuentes, tua mysteria contemplabantur: nunc autem præsens ipsa clare ostendis, commutatis quæ umbrarum erant, in eam claritatem quam gratia habet. Nunc te perspicue Cherubicum thronum, quin et illo augustiorem videmus. Nunc te forcipem ignem ferentem docemur, ac sanctitate plenum delubrum. Dominus enim velut in throno in te requievit, eumque forcipis instar complexa es, qui majestate importabilis existit: ac domo fuit contentus, qui nusquam potest capi. nos gloriæ tuæ ac felicitatis participes feceris.

Sed, o Virgo materque, cujus ex intemeratis sanguinibus formatione, velut in libro, Verbo con-

²⁰ Luc. II, 38.

¹ Ἰσ. ἀμειφθέντων.

Α τίνα λειτουργίαν, τίνα προσοίσομεν θεραπείαν, τίνα τὴν ἡμῶν αὐτῶν προσαγωγὴν, δι' ἣν ἡ τοσαύτη κένωσις καὶ συγκατάβασις· τὴν συντήρησιν τῆς εἰκότως, καὶ τὴ μὴ συγχῶσαι τῆς Δεσποτικῆς ζωγραφίας τὸ ἄνθος· εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ τὸ μὴ παρέργως ἀνακαθαίρειν, καὶ τοῖς καλοῖς πάλιν αὐτὴν περιανθίζειν χρώμασι. Γενώμεθα Πατὴρς ὕψιστου υἱοῖ, διὰ τὸν ἐκ τῆς ἡμετέρας ἐσχρατιῆς μητέρα γνωρίσαντα. Γενώμεθα ναὸς Θεοῦ· τοῦτο γὰρ τῆς πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημίας Θεοῦ ἡ συμπλήρωσις. Κοσμήσωμεν ἑαυτοὺς ἀρετῶν ἀναθήμασι, καὶ τὰ ἐμφωλεύοντα τῶν παθῶν ἐρπετὰ, ὅση δύναμις ἐκδιώκωμεν. Ἀγνίσωμεν χεῖρας, εὐ τοῖς ὁμοδόουλοις ποιοῦντες, οἱ εὐ καὶ καλῶς παρὰ τοῦ Δεσπότητος παθόντες. Φιλανθρωπεύομεθα, οἱ φιλανθρωπίας ἡξιωμένοι. Πρὸς αὔξησιν τῆς πνευματικῆς ἀνωμῆν ἡλικίας, αἰδούμενοι τὸν ἐν ἀτελεῖ σαρκὸς ἡλικίᾳ διὰ τὴν ἡμῶν χρηματίζαντα τελειότητα. Καθαρθώμεν κυρτὸ καὶ χέλι· ἔστι γὰρ καὶ ἡμῖν τοῦ καθαρισμοῦ φαύειν ἄνθρωπος· μᾶλλον δ' οἷς ἡξιώμεθα τῆς αὐτοῦ ἀπολαύσεως, μὴ τῆς ἐκείθεν καταφρονῶμεν καθάρσεως. Οὕτω προσόντες ἱεροὶ τῷ σήμερον προσαγομένη ἐν ἱερῷ, τῇ γηραιαῇ καὶ σώφρονι Ἀννῇ συνανθομολογησόμεθα· προσφθεγγόμεθα τῇ ἀειπαρθένῳ Μητρὶ, οὐκ ἐξ ὧν κατὰ τοῦ πρωτοτόκου Παιδὸς αὐτῆς παλαμήσεται Συναγωγῇ· οὐδὲ, *Σοῦ τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομαία*· ἀλλ' ἐξ ἧς κληρονομεῖ εὐεργεσίας τὰ πέρατα, ἐκ τῶν χαρμωσύνων διαλεγόμεθα, ἧς τὴν χαρὰν ἐπλουτήσαμεν.

С Μεγαλύνομεν σε τὴν πανάμωμον (φθόγγῳ μὴ ἀναξίῳ βοηθώμεν) δι' ἧς ὁ μεγαλοῦργος τὸ μᾶζον τῶν ἔργων αὐτοῦ καὶ φρικτὸν ἐτελέσαστο· ἡ συνέσχεος ἐν κόλποις τὴν συνοχίαν· ἧς διατροφή μαζῶν, ὁ πᾶσιν ἐκ γῆς ἀναβλαστάνων τροφήν· ἡ μόνη ἐν γυναιξὶν εὐλογημένη, καὶ τὴν εὐλογίαν τῷ γένει κληροδοτήσασα, τῆς στειγερῆς τῶν προγόνων κληρονομία; διὰ σοῦ ἀφ' ἡμῶν ἀρθείσης. Αἰνίγματα σε παλαιά, τὴν εὐδίδα προϊστόρει μητέρα· θρόνος; καὶ λαβίς· καὶ οἶκος πλήρης δόξης· καὶ ὅσα ἄλλα, ὀφθαλμοὶ ὀρῶντες μὲν, τίως δὲ σκιδαν ὀρῶντες, σοῦ ἐθεῶντο μυστήρια· νῦν δὲ τρανῶς ἐμφανίῃ αὐτὴ παρούσα, τῶν σκιδῶν ἀμειφθέν· ἰ πρὸς τὴν ἐν χάριτι τρανότητα. Νῦν σε τηλαυγῶς τὸν Χερουβικὸν, μᾶλλον δὲ, τιμιώτερον θρόνον ὀρῶμεν. Νῦν σε τὴν πόρφυρον λαβίδα καταμανθάνομεν, καὶ τὸ πλήρες τοῦ ἀγιάσματος τέμενος. Ὡς γὰρ θρόνῳ ἐν σοὶ ὁ Δεσπότης ἀνεπαύσαστο, καὶ ὡς λαβίδι περιεσχέθη ὁ ἄσπεκτος· καὶ οἶκῳ κεχώρηται ὁ μηδαμοῦ χωρητός. Μακαρία μόνη ἐν γυναιξὶν ἀληθῶς, καὶ μεταδοῦσα τῆς σῆς εὐκληρίας ἡμῖν καὶ μακαριότητα.

Sola tu vere benedicta inter mulieres, ac quæ

Ἄλλ', ὦ Παρθένε καὶ μητὴρ· ἧς ἐκ τῶν ἀχράντων αἱμάτων τῇ διαπλάσει ὡσπερ ἐν τόμῳ τῷ Λόγῳ προσ-

VARIAE LECTIONES.

εμλήσαντες, τὴν ἀλογίαν ἀπεσκευάσμεθα, αὐτὴ τῷ τόκῳ σου τῶν ἡμετέρων λόγων τὸ δῶρον προσάγαγε· ἀνάξιον μὲν, ὁμῶς δὲ τὸ σήμερον οἰκονομηθὲν, ἐκείνῳ τιμῶντί μοι ἀπεργασμένον, δέξαι τοῦτο. Σοὶ γὰρ τῇ ἐμοὶ βοηθῷ θαρρήσας, ἀνεδεξάμην τὸν κάματον. Ἦμην ἔκ βρέφους καὶ εἰς τοῦτο μέτρον ἦκοντι βίου, ἐπίκουρος πάρει, καὶ πάρισσός γε διὰ παντός· μηδὲ μακρόνης ἀπ' ἡμῶν τὴν σὴν προστασίαν· ἀλλ' αἷς ἐξ ἀρχῆς περιεπέπαι πτέρυξι σκέπουσα, διατίθει πρὸς τὸ συμφέρον τὸν βίον· συνδιέπουσα ἦν ἔθου τῇ σῇ μεσιτείᾳ βασιλείαν διέπειν, φυλάττουσά μοι τὴν μεγάλην τοῦ Υἱοῦ σου κληρονομίαν· τοῦτό μοι τὸ πάντων προτιμώμενον· ἐξανύουσα τοῦ ἐκλεκτοῦ λαοῦ σου, τοῦ ἁγίου ἔθνους τὴν σωτηρίαν. Ὑπὲρ τούτων Ἰστασο παραιτουμένη· καὶ μὴ διὰ τὸ ἐμὲ θύλειν, οὔτοι πρὸς πείραν κακώσεως ἦκωσιν. Ἐχεις οἷς δυσωπήσεις. Ἐχεις οἷς πείσεις, τὰς χεῖρας αἷς ἐδάστασας· τοὺς μαστοὺς οἷς ἐθήλασας. Τὰ τῶν σπαργάνων ἀνάμνησον, τῆς ἄλλης ἐκ βρέφους ἀναγωγῆς, τὸν ἴνα λαὸν εἰς δόξαν ἐαυτῷ περιποιήσῃται νηπίασαντα. Τοῖς σοῖς τὰ ἐκείνου σύμμεζον, τὸν σταυρὸν, τὸ αἷμα, τὰ τραύματα, δι' ὧν σεσώσμεθα· καὶ δοξαθεῖν γε ὁ παριούσιος λαός, καὶ νῦν τῆς παρ' αὐτοῦ ἀπολαύων κηδεμονίας, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καλεῖται, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

suescentes, brutalem abjecimus vitam, tu tuæ proli nostrum hoc offer verborum donum : ac quamquam haud satis dignum, mihi tamen bonore prosequenti, quod ab illo provide hodie dispensatum est, suscipe elaboratum. De te enim mea adjutrice concepta fiducia, laborem suscepi. Quæ a puero, inque hunc adulto ætatis modum auxiliatrix ades, quæso, semper adsis, necve a nobis præsidium tuum elongaveris : quinimo quibus a principio alis protegens fovisti, vitam compone pro eo ac com- modum sit ; simulque fove quod tuis intercessionibus fovendum imperium iudasti, magnam illam Filii tui mihi servans hæreditatem : mihi hoc universis charius, electæ plebis tuæ, nationis illius sanctæ, perficiens salutem. Pro his sta, ac deprecare, nec quia reus ego ac debitor sim, calamitatis illi periculum fecerint. Habes quibus exores, habes quibus suadeas atque impetres : nempe manus quibus portasti, ubera quibus lactasti. In memoriam pannos revoca ; infantis aliam educationem ei, qui ut populum sibi compararet in gloriam, factus est infans. Tuis ipsa commisce quæ illius sunt, crucem scilicet, sanguinem, vulnera, per quæ salutem adepti sumus : magnificenturque peculiaris populus, nunc quoque ejus cura fruens. Ipsi gloria ac potestas, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO V.

In Christi nativitate, seu in ipsius Christi Regis gloriæ e Porta obsignata egressum, servorum oculis in forma servi sese-offerentia (7).

(MARACCI *Leonis Mariale*, p. 53.)

Dei nativitatem in carne celebramus, omnis celebret spiritus. E virgine prodeuntem Matre honoramus eum, qui ex Patre natus est ante Luciferum ; cælum et terra ad hoc se consociant. Cantemus una voce clamantes : *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax*, quoniam Altissimus imis in tenebris jacentem visitans, a sui orientis altitudine usque ad illum descendit, quoniam seipsum inclinavit, ut depressos erigens, in suam eveheret altitudinem. O stupendam, et ex omni æternitate rem novam ! Qui sæcula condidit, in eo quod conditur esse incipit. Antiquus dierum nuperum se ostendit. Creator in materia creaturæ formatur. Incommutabilis figura Patris ad imaginem in mala prolapsum sese demittit, ut illa rursus figuram resumat

similitudinis. Venite, exultemus Domino, qui servi formam assumpsit, ut jacentibus in mœrore et angustiis afferret lætitiā. Adeste, quotquot cælum, quotquot terram incolitis, communi gaudio persuamur. Jubilemus adveniēti Salvatore, qui miserimū pereuntes Salvatore indigebamus. Jam enim illius misertus est Deus, quem initio pro sua bonitate immaculato digito formavit. Venit diu extorribus e patria reditum largiturus, absorpto transgressionis crimine in gratiarum amplitudine. Non amplius ligni reus sum, qui reus, malo illo degustato, prius eram. Liberat enim nos reatu Creator, particeps creationis meæ factus ; nec infelix esse cogor ob damnū per mulierem factum.

Mulier enim, lucri origo (8), vitam mihi trans-

VARIÆ LECTIONES.

* Leg. ἡ ὁμῖν.

NOTÆ.

(*) Græce non existat impressa.
(7) Regiam hanc de partu B. Virginis, seu de nativitate Domini ex beata Virgine orationem (quam in Bibliotheca Mariana, dum alia de Maria Deipara Leonis opera recenserem, ex incuria enumerare oblitus sum), habent Græcenis. sub Leonis Imperatoris nomine codices Vaticani, et Messanenses, nec non perantiquus codex Græce ms. clar. viri Leonis Allatii : Atque ex interpretatione Jo. Matthæi Caryophylli Leonensis episcopi nunc primo apparuit.

D (8) *Mulier enim lucri origo.* Et vere B. Virgo lucri origo appellatur a Leone, cum longe majora per illam nobis fuerint collata, quam per Evam ablata. Appellatur etiam B. Virgo a B. Petro Damiani in Homil. de Nativ. B. Virg. *Origo principii, quia ille ex ea prodiit per materiam carnis, qui caput est, et initium omnium rerum per essentiam deitatis ; ab Alb. Magno Super Missus est angelus, cap. 184, Origo, omnium, quia Mater Dei, qui est origo omnium : cum quidquid per se est origo causæ, sit etiam per*

tulit in felicitatem. Mulier sancta, et pura, virgineis e sanguinibus Filium procreans, egenum Adam sublevavit, opulentissimi Adæ ex ea nati, quæ exterius videtur inopia, quod vile est sibi unientis, et auis opibus paupertatem erigentis. Nam quia Deo placuit notam facere misericordiam suam, bonitatem hanc effudit abunde, ut se ostenderet non modo malorum nostrorum sensu moveri, sed etiam in habitu peccatoris demissum, quo suis virtutibus remedium errori afferret, et innocentia sua reatum culpæ deleteret. Propter hoc vulva capit eum, qui nulla re capitur, et pannis involvitur, qui tactu liber est, et labe. Deusque cum errante et exsule familiariter versatur, ut reducat ad sua, causam rite et egregie transferens, quæ me propriis sedibus ejecit. Ne te jactes de fraude, qui per eam genus humanum subiecisti, subjectumque illum tibi reddidisti, qui ad regnandum creatus erat. Nobiscum Deus: cum rerum egenis auxiliator, cum impotentibus fortis, cum redactis in servitum liberator, per quem etiam fiet ut nefarius vexator loco multarum contra nos virium suarum quoque potentiarum faciat jacturam, dum illos quos se comprehensurum potente manu quasi nidum, superbissime jactaverat, Creatoris manu liberantur, qui nunc infans visus, et pravæ aspidis foramina perscrutatus est, mortiferumque enecavit fetum, et vitam universo attulit mundo. Scitote, omne genus hominum, Deum hominem factum, ut sibi eos affipes faceret, qui ab ejus affinitate deciderant; ut humana mens ad mala proclivis, neque eo tantum malo laborans, sed nec etiam sentiens ad mala se ferri, neque se dominam motionis statuens, sed habenas omnes sursum trahentes, excutiens, veluti onus et pondus otiosum, circumducta per malorum campos a carne, cujus ipsa debet esse auriga; hæc, inquam, mens divinæ menti unita, ut sentiret in illa quæ passa fuerit, et per hujus vocem, quæ propter reverentiam exaudiretur a Parente, et auxilium divinæ bonitatis experiretur. Et sane quidem sine carne etiam facile erat constituto in periculis præstare auxilium. Quid enim Deo volente non fiat? Quia tamen opus erat eum qui peccaverat, et se quod peccasset agnoscere, vocibusque misericordiam implorantibus expiare peccatum, quod mens humana non poterat, ut quæ in pelagus vitæ ratione carentis submersa erat; idcirco tota ipsa divina mens unita extrahit illam de absurdo irrationalis vitæ statu, deprecantemque pro illa vocem emittens, per sui reverentiam facit, ut malorum nobis series in opera misericordiæ desinat. Idcirco Divinitatis (reor) ignem intolerandum

A fert Virginis uterus, formaturque de sanguinibus ejus Opifex. Quanquam, et aliæ sese offerent causæ, quibus rei hujus consideratio non perfunctorie fiet. Nunc vero cognoscite, imo vero cognoscamus Verbum in præsepi animalium jacens, qui, errore abducente de rationis statu, a Dei cognitione longe aberamus. Abeat error, qui hactenus hominem a suo Conditor sejunxit, et honorem Creatoris ut offerret creaturæ suasit, Qui ab uno vero Deo creaturam abstrahens, turbis deorum subjiciebat, cum non modo aliæ creaturæ in divinam dignitatem male ab hominibus eveherentur, sed illi sibi etiam divinitatem tribuerent, et proinde sexcentos confingerent deos, et quos liberet divinitate donarent. Quasi oporteret non modo nos a Deo procul esse, verum etiam tyrannice Deum opprimere. Proh nequitiae institutorem! Ille ab initio hoc excogitavit, ut similis Altissimo fieret. Ille hominem, clarum divinæ dexteræ simulacrum, non solum amanti inimicum reddidit per transgressionem præcepti, sed illi etiam constituens adversarium, imitatorum qui fecit, suadendo, ut divinam sibi dignitatem arriperet. Et hic quidem deus erat, quia gravi usus manu, tyrannidis vi, aliis excellentior evasit. Ille vero deus, quod cruentus, hominumque cædibus insignis, manu sibi ad fundendum sanguinem paratiore. Alius quoque deus, quod acri fuerit ingenio, et auctor alicujus inventi admirationem meruerit. Honoretur et muliercula, quod crines apte comptos contorqueat, et alia, quod eleganti specie lascivos deceperit et attraxerit amatores, et pro mercede meretricii lasciviarumque ab iis acceperit numerari inter deos. Alius alia ratione in deorum album ascribitur. Ita Saturnus tyrannica manu in patrem insurgens, non modo nudavit imperio, sed naturalibus quoque orbavit, ea præcedens, per quæ in lucem est editus, et proinde e tyranni dignitate in dei majestatem evectus est. Ita prognatus ex eo Jupiter, paterni animi hæres, simili modo dei nomen sortitus est. Et Mars pariter, quod mortaliū stragis auctor, in deorum ordinem cooptatus, Et Mercurius, quod cæteris dicendi arte præcelleret, ipse quoque numinibus insertus est. Dionysius quoque quod roris cor emollientis (ut gentilis quidam sapientia clarus dixit) inventor fuerit, divinæ honoribus dignus est habitus. Sane hæc allegoriis contegere ne conentur gentiles, Saturnum in Tempus excipientes, et fabulosos rerum præsidēs inducentes, qui heri et nuper cum essent homines, in deos translati sunt: nam sic etiam absurda nimis sunt quæ afferuntur. Attamen ad hæc illi, ut honestiora, nequaquam confugiant, sed sine tegumento

NOTÆ.

se origo, et causa causati; ab Ecclesia Græca in Mensis die 27 Maii, *Origo verarum mundi hilaritatum*; a S. Anastasio archiepiscopo Antiocheno in Orat. 2 de Annuntiatione, *Origo prima lætitiæ*; a S. Joanne Damasceno in Mensis Græcorum die 15 Jan. *Origo omnium amenitatum*; ab Innocentio

papa III, serm. 2 de Assumpt. *Origo salutis, et virtutum*; a Jacobo de Voragine archiepiscopo Januensi in Mariali L. M. Serm. 2. *Origo omnium gratiarum*; denique a Joanne Pico Carthusiano lib. 1 in Cant. cap. 2. *Origo bonorum omnium mundique melioris*.

allegoriæ nuda esse permittant : a Phœnicibus primis (ii enim Saturno, uxori et reliquæ familiæ auctores fuere, ut dii nominarentur) veritatem discen-
 tes, qui ex hominibus primi, aris et sacrificiis honorantes illos vita functos, posteris exemplum reliquerunt cultum iis insipienter deferendi. Eodem plane modo et Minerva crinibus bene contortis habetur pro dea, quanquam parentibus non illustribus prognata; licet eam genitile e summo vertice ortam asserant. Et Venus loco muneris dea fuit eorum suffragiis qui cum ea libidinem exercebant; et ratum habetur decretum, quia lascivis placuit, Pana quoque, cornigerum qui primus ovilium dux fuit, legesque pastoralis curæ ostendit, necnon et Apim, et Ibes, et cæteras bestias cœtui deorum asciscunt, eorumque religionem quasi deorum magnificiunt. Cui signa etiam data, causa ob quam delata est illi dignitas, fistula, et cornu, et pedum caprinorum mistura. Osiris quoque eodem titulo ab iis renuntiat, quoniam calliditate usus suos sibi hostes subegit telis, non ut erant, sui speciem offerentibus, sed veritatem aliqua ex parte celantibus. Unde factum ut facile capti sint, quibus insidiæ paratæ erant eo quod dolum non cognoverint, sibi que non consuluerint, sed in periculum sese temere conjecerint. Verum in his quidem hominibus vanitati inserviebat, ea sentiens quæ illi a quibus in servitutem redactus erat. Neque enim fieri poterat quin is, qui verum Deum ignoraverat, ita esset affectus, ut sibi deos crearet, nec finem ullum haberet præ ignorantia, sed ad deteriora, velut unda deflueret, effusus jam a veri Numinis agnitione. Cæterum administrantis omnia præpotentisque Dei munus erat, de salute sui opificii cogitare, sibi que soli convenientem gloriam non permittere, ut aliis tribueretur, sed sibi quidem recuperare honorem, ferre vero etiam opem jacenti in summis miseriis, qui ut beate viveret, creatus erat.

Quoniam igitur ita faciendum erat, datur nobis Puer æternitate antiquior, et splendor gloriæ nocternæ vitæ nostræ illuminat, ut discussis per ejus radios multorum tenebris deorum, unum Deitatis lumen in Patre, et Filio, et Spiritu sancto conspiceremus; nec personarum distinctione nos abducente ad Deorum multitudinem, nec unitate luminis rogente ut confundamus personas. Neque enim necesse est ut, juxta manes quorundam sermones, alterum sequatur ex duobus, vel unitatem cum ternario multiplicari, vel certe ternarium redigi ad unitatem. Non enim unitas, sed personæ habent, ut distinctionem ferant, per quam nobis adorantibus Trinitatem fit, ut extra unam dominationem nequaquam vagemur; aut certe quibus ob distinctio-

A nem personarum, distinctio quoque naturarum sequitur, sibi quoque adinventiant, quid cuique insit naturæ, ut sic Trinitatem fugientes eandem multiplicant. Quod si etiam quæ diversæ sunt naturæ, habent plane quo distinguantur a se invicem, amentitiæ Dei naturam librantis erit, illud quoque dare, quo unam ejus naturam in tres discernunt. Nam ingenitum et genitum non est cur ad naturarum distinctionem proponant: quandoquidem vel in ipsis compositis, et divisionem admittentibus hæc non sunt naturas distinguentia, neque in diversa secant, quod unum est.

Verum illi nugentur; nos autem adæamus Bethlehem magni consilii Patris Angelum nostra indutum forma conspecturi, quem ex utero genitum ante
 B Luciferum, nunc misertus nostri, de matre nasci voluit, et cum egenis et vilibus conversari, suæ gloriæ, divitiarumque hæredem. Consideremus, quæ ibi sunt, Matrem nova partus lege utentem (9), Infantem natura ipsa antiquiorem, Deum in fasciis jacentem, in brutorum præsepi immorans Verbum, ut ego vale dicens instituto vivendi more brutorum, Verbum agnoscam, et cum eo simul quiescam. Nam quia rationis meæ nobilitas in vilitatem redacta erat, motibus ratione carentibus subjugata; subque ponderosa carne jacebat, quæ ei conjuncta erat; ut sublime illam eveheret, carnem sibi unit Verbum Creator, ut et ratio suæ nobilitati restitueretur, ut caro non omnino ad ima feratur, rationi parens, non secum illam detrudens, et cum illa potente superiora, simul ascendens. Huc spectat extrema paupertas ejus qui terram fundavit, nec tamen locum habebat in quo habitaret, postquam in ea diversari voluit, sed speluncæ excipiebatur hospitio solamen indigentæ præbentis. O res, quæ nec menti nec verbis permittunt, ut suo fungantur officio! Non est ei locus in terra nascenti, qui illam verbo suo progenuit! Præsepe illum suo sinu excipit, qui cœlestes sinus expandit. Cæterum terra quidem hospitium tenue dat, at vero cœlum annuntiat adesse Dominum, stellam tubæ loco adhibens, cum videret Regem ministrorum officio destitutum, soloque Matris satellitio fulgentem. Vocat ut honorem deferant promptissimos ad obediendum Magos, et ad hoc ipsum venientes. Eos igitur clamante advocat stella; verum et pastores properant Natum quærentes, indeque de eo admoniti. Oportet enim, ut pastoribus Pastor ille appareat, qui venit, ut perditam ovem humeris impositam reduceret, quam ille ut quæreret nunc quidem advenit e porta egressus obsignata (10). Perveniet vero etiam usque ad portas inferorum, cum morte-

NOTÆ.

(9) *Matrem nova partus lege utentem.* De novitatibus parvis Virginei præclare omnino B. Petrus Damiani sermone 11 et 61; Gregorius Nyssenus Homilia 13. in Cant. ad illud: *Dilectus meus candidus, et rubicundus, electus ex millibus*; D. Augustinus in psal. 101, super illud, *Similis factus sum pellicano solitudinis*; S. Petrus Chrysologus serm.

15; Riccardus a S. Laurentio lib. x de Laud. B. Virgin., et Guericus abbas, serm. 1, de Nativ. Domini, quorum verba adducit P. Theophilus Raynaudus in Diptychis Marianis, parte 1, puncto 7, num. 30 et 31.

(10) *E porta egressus obsignata.* Respicit Leo noster ad portam illam clausam quam soli principi

fera illa omnia devorante dimicaturus. Sed hæc A
postea. Nunc vero fugiendum illi est in ipsis fasciis
summa ipsa exinanitione, non sine sua exinanitione
manente. Jam quippe Herodes furore corripietur,
et victimas ob infantem natum infantes Bethleem faciet,
caesaque ætate adeo tenera, ne quidem quid
agatur sentiente, intinget gladium, et regnum erit occisorum crimen. O mentem, et ferio crudeliorem ingenio! Statim videlicet infans assumet sibi imperium, et privabit regno? Propterea timens effuso gaudet sanguine. An vero non id cogitat, sed ut futura præcaveat, jugulandum existimat immataram ætatem, quam in suam metens perniciem non illum demeret quem querit. Cum si opportunum tempus expectasset quod illi forte dedisset ut comprehenderet quem quærebat, tunc eum e medio sustulisset. Nunc vero mirum cum esset, si qui quærebatur non latuisset, ob rei obscuritatem nihilominus turbatur, et planum sit omnibus illum delirare, quod infantes æque omnes affatim persecutus sit, quemadmodum rabiosi canes æque omnes obvios adoriuntur. Amentissime hominum, nunc te promittis iturum ad adorandum, et nunc sanguinem potare optas! Sed omitamus illum in sua insaniam, ante magnum, proque universo mundo mactandum Agnum, hostias cædentem pro illo nectas, ut etiam tenera ætas infantium non esset immunis ab offendendo munere, sed ipsa quoque offerret sanguinem Deo e virginalibus orto sanguinibus, utque pueri amentia laborantium Deo inimicorum, qui nec tibiæ sonos, nec lamenta audiunt, ut scriptum inquit, in suo ipsorum sanguine præsignaret perniciem, quam sponte obirent, occiso per furorem debacchantium Rege gloriæ, et suarum passi animarum jacteram: quamvis non pro illo, sed ob suam ipsi rabiem, qua usi in eum sunt, et mortem, et perniciem sustinuerunt. Et hæc quidem considerare licet de cæde infantium suum offerentium sanguinem. At vero Medi rite agniti honorent Regem, congruentia rebus offerentes munera, tanquam Regi et Deo, mortaliæ ad offerendam mundo vitam, auro, thure et myrrha honorem implentes. Sed ad hæc, et aliam subesse in muneribus notandam inspicio significationem. Videtur enim mihi præter id, quod ea quæ offeruntur quid in Infante nato sit denotant, prænantia quoque esse futuræ quamprimum ipsi hæreditatis gentium. Propterea

sane consanguineus nemo, sub lege constitutus, Regi universorum infanti munera offert, sed adorationem præripientes alieni a cognato sanguine, et gentem ab aliis segregante lege, Magi ea dant, præsignificantes in seipsis fore ut gentes prævertant legis cultores, et per rivos sanguinis propinquos Hebræos, in agnoscendo adorandoque Rege illo qui nunc, ut ditaret, ad summam devenit inopiam. A quibus et fidei sinceritatem, et gratum piorum operum odorem, et motuum carnis restictionem, veluti aurum, et thus, et myrrham accipiet, quibus dux erit ad adorandum affulgens prædicationis splendidus Oriens, per stellam Magorum nunc ducem prænotatus. Modo enim fugiet ira percitum Herodem, et excipietur Ægypto, tum ut benedictum illa recipiat, quem habuit olim punitorem, tum ut aliud mysterium hac præsentia notetur, visitandos videlicet eos, qui spiritali serviebant Ægypto, et inde liberandos, qui ductorem eum sequentur, qui infans conspicitur. Fortasse etiam fuga infantis in Ægyptum, symbolum erat migraturæ ad gentes doctrinæ evangelicæ. Sicut enim iudex rex ob natum insanit puerum, ita affixit illi ob amentiam Judæi, exoriente per linguam discipulorum prædicatione evangelica, furore corripientur, et aggrediantur quidam eruentis animis prædicationis cursum comprimere, sed nihil efficient. Veruntamen in præsentia nefarium Herodem fugiens contendit in Ægyptum. Postmodum vero manuum scelestarum audacia, inter mortuos numerabitur, quando Scribarum et Pharisæorum caterva tendent in eum, qui venit ad ferendam salutem, insidias. Quæ ut in opus abierrint, efficient ut oblationis medicorum munerum significatio suam sortiatuæ finem, cum ipse myrrha condietur, ut mortalis, ut vero Deus, gratum incorruptionis odorem mundo diffundet, gentesque et gentium oblationes suscipiet. Verum hæc suo tempore fient. Nunc autem quæ sunt præsentis agamus, et proposita nobis tractemus. Honoremus Domini Nativitatem, festinemus ad videndum in spelunca hospitantem. Agnoscamus tantam depressionem ejus qui est omni altitudine excelsior. Noscamus cujus rei gratia tantum mysterium sit, ut qui omnes ditat ad inopiam redactus sit, et creetur Creator et Deus nascatur ut homo, licet non more humano: ut videlicet contractum

NOTÆ.

absque aperitione, et clausura salva, perviam vidit Ezechiel. capit. XLIV: *Porta hæc clausa erit, et non aperietur, et vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per illam, eritque clausa principi.* Hæc enim prophetica verba ad Mariam ante partum, in partu, et post partum, vere Portam perpetua clausam, ædula accommodantur a Chrysostomo homil. de S. Jo. Baptista, Hieronymo in cap. XLIV Ezechielis, et lib. II contra Pelag., Ambrosio de Institutione Virg. cap. 7 et 8, Augustino serm. 2 et 14 in Natali Domini, Eusebio Emiseno Homil. 1 de Nativitate Domini, Rufino in expositione symboli, Damasceno lib. IV de Fide

Orthodoxa, Petro Damiani serm. 3 de Nativitate Virg., Amedeo Lausannensi Homil. 4 de Laud. Virg., Germano Constantinopolitano Orat. de Nat. B. Virgin., Hesychio Homilia 2 de Deipara, Proclo Constantinopolitano in Sermonibus de Nativitate Domini, Ruperto lib. 1 in Matthæum aliisque pluribus. Vide Colvenerium in Kal. Mariano die 25 Decembris, num. 4. 5. 6. 7 et 8. Ubi adducto etiam prædicto Ezechielis testimonio, SS. Patrum explicatione roborato, de porta clausa, quæ non aperitur, late probat Mariam Virgineam clauso utero, atque inviolatis integritatis signaculis Christum Dominum peperisse.

instauratur, ut terra obrutum repurgetur, et in-
venta drachma suo reponatur in thalamo, ut ne
amplius in vilitate jaceamus, nec turpiter serviamus,
sed ad nostram intuentes nobilitatem, virtute
sublimis exinanitionis, villitatem commutemus,
loco servitutis evecti in dominatum, pro egestate
divitias comparantes, quæ sunt ejus acquirentes,
qui nostra ipse sua fecit, ut hæc præstaret
advenit. His honoribus ille gaudet, per hæc nativitatem
adoremus. Induamus, fratres, sensum ejus,
qui non erubuit noster fieri frater, non aspernatus
est nos in villissimo jacentes subsellio, ne contemnamus
et nos in simili fortuna positos. Qui hæc etiam
in parte multam Dei benignitatem experimur,
cum plura possideamus quam ii quorum par et
similis ad vitam fuit ingressus. Ne tibi subrepat
ut cicatrices conservi exhorreas, cum ipse abominandus
existieris, non cicatricibus invito inflicis,
sed quas tibi sponte intulisti, et Regem tamen
ad te accedentem habueris. Ne humilem gravi
opprimas manu, memor vexationis quam tyrannica
oppressus manu sustinueris, et auxilii quod habuisti.
Ne habueris odio Creatoris imaginem, ne invidias,
qui propter invidiam mala es passus, infasti
dæmonis, qui que primus in Dei imaginem inclusit
oculos adjecit, animum imitatus. Nec te facias
tanquam vas, in quo sit positum venenum, quod
qui inaciis acceperit, damnum contrahit. Ne carni
indulgeamus, nec inferius permittamus ut

potiori dominetur. Ne colligamus amaritudinem ex
demulcente voluptate. In summa pelliceas exuamus
vestes, nam quod illis amicti fuimus, idcirco panis
involvitur Dominus. Fiamus revera dii, ex Deo
vero id accipientes, non ut ab apostata dæmone
velimus nos in tantam dignitatem intrudere. Fiamus
filii Altissimi propter eum, qui factus est hominis
Filius. Ita honorem conferentes nostrum, honorem
eum qui devenit ad homines ut honorem homo
assequatur. Ita affecti cum angelis gloriam tribuamus,
et simul cum pastoribus curramus, et cum Magis
expectationem gentium adoremus. Neque enim est
quo magis honoretur quam honore et gloria, quæ
nos deferimus quorum suscepto sanguine frater
existit. Sed, o qui e celsitudine gloriæ tuæ ad
nostram descendisti humilitatem, nec tuam liquisti
altitudinem! o Salvator eorum, quos ut converteres
male a te aberrantes exinanitus es! o recens Homo,
et Verbum æternitatem superans, esto tibi et nobis
pro natalitiis muneribus hæc oratio. Refer tu nobis,
ut gubernes et administres, una cum iis quibus
gubernacula tradidisti, mundi navium, ut sub te
gubernatore, superiores omni procella, navigationem
peragamus, cessante undarum vi, et in tutum
deveniamus portum: ubi positos, et tranquillitate
fruentes, abduxerunt impetuosi et vehementes venti.
Quo nos debebas impulsos, post hujus vitæ
trajectionem, laudantes et glorificantes te in
sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO VI.

In Christi nativitate, quando ex immaculata nube transvectus in seniles manus, umbrarum templum ingressus est Sol gloriæ (11).

(MARACCI, loc. cit. p. 72.)

Christi solemnitatem honoramus (12), qui rite
omnibus tribuendum statuit honorem. Christi sacram
agimus celebritatem, per quem profanæ sacrorum
celebrationes extinctæ sunt, et sanctæ dierum
festorum observationes exortæ. Quo in spelunca
orto, ut luce, et nunc præsentem nobis illustrante
diem, ipsi quoque splendemus. Rursus enim is,
per quem exultationis lumen conspeximus, qui in
tenebris æruunarum sedebamus, profert solemnitatis
hilaritatem: non e spelunca radios diffundens,
sed quasi nube matre Virgine vectus; nec in
præsepi jacens, sed paternam subiens domus.
Qui terram, hominis parentem, Verbo procreavit,
Matrem sibi pridem faciens, naturæ leges
innovabat, e vulva progrediens sine semine.
Nunc vero communi eorum lege quorum e semine
carnem assumpsit, qui eam in Sina condidit,
veluti debitor mandata ejus implet, Gloria
Israel, gentium Lumen. Omnes gentes, conferte
laudem, ecce enim Deus factus est puer

degitque sub lege, ut et constitutis sub lege
opem ferat, quod illi deerat supplens, et viventibus
sine lege gentibus notas faciat suæ bonitatis
divitias. Nam quia lex Dei digito scripta non
valebat rationem deturbatam, ejus opera, qui
primo illam pravis abduxit suasionibus, ad
frugem bonam reducere nec velut organum
harmonia destitutum, sua propriis aptare concentibus,
nec docere ut res suas bene diserneret: sed
mala deteriorum additamento crescebant, cum
satis non esset nobis ausos fuisse contumaciam,
sed una cum præcepto rejecissemus et Dominum,
mente, instar pulli frenum mordentis, et præcipitem
se agentis, tota ruente. Quoniam igitur manu
Dei scripta lex ita præcipitem cohibere non poterat,
ipse legis scriptor, superessentiale Verbum,
rerum omnium productrix sapientia, per creaturæ
crassitudinem creaturæ unitor: evaditque ipse
lex, et præceptio, per seipsum in-compositos
corrigenens, et conspicitur immutabi-

NOTÆ.

(11) Hanc etiam orationem sub Leonis imperatoris nomine exhibent Græcæ mss. codices Vaticani, et Messanenses, egoque illam ex Vaticano codice, per Jo. Matthæum Caryophilum Iconicensem episcopum Latinitate donatam exhibeo

(12) Initium hujus homiliæ convenit cum ea quæ hic quarta edita est. Sed post initium ex alio textu Græco translata est, et ideo eam hic etiam edendam esse censuimus. ERR. PAT.

lis figura Patris sub mutabilitatis specie, sitque Patri ac nobis sequester, soluto pariete interposito. Ne desipiat insana mente Judæus, nec diem aversetur, ut noctivagæ solent animantes, sed oculis livore non depravatis divinæ incarnationis fulgorem inspiciat in iis quæ sunt penes ipsum. Nec gentilis veritatem derideat, qui turpitudinem suam deitate donat, risuque digna honorat, et fabulas; qui sibi deorum turbas ex pravi animi affectibus conficit et nefanda eorum gesta veneratur; et celebrat quæ alto sepelienda forent silentio; et, ut verbis eorum utar, galea Plutonis, et inferorum tenebris contegenda. Qui non solum humana specie, sed hominum quoque, et volucrum, et delphinorum, avarumque belluarum inter homines versatum arbitratur Deum, et amatoris aculeis in omnia deos mutatos. Modo quippe Neptunus, ut cum adolescentulo ludat ad maris litus delphinum induit, et cum amasio natat, sinuque pueri sensim obrepens, trahensque in profundum, perdit, et obsceni amoris donum dat mortem; deinde amator pro acerbo munere, lacrymas offert funeri amplas, Nereidum planctu defunctum honorans, et ob ingentem animi mœrorem, maris administrationem abjiciens, nec ob factum uxoris Pelei pudore suffusus, ipse effeminatior cum illa modico fletu filium deploraverit, et dolere desierit. Et hæc quidem Neptunus. Modo vero Mercurius ut muliercula pascente potiretur, jumentum sit, et saltando Dionem oblectat, et fugam simulat, et a corrente puella capitur, et in dorsum insipientem excipit (et reliquam turpitudinem silentio transibimus), nimirum imitatus bovem illum, deorum, principem, cujus tergo Europa insedit. Annon erant sceleritates istæ in divinitatis opinionem efferendæ, sentiendumque de illis, utpote diis, quibus tantam turpitudinem testificantur? Verum hæc quidem abominanda sunt; cætera quid honesti habent? Quomodo illud non dignitatis plenum? Apollo defensus tum quod puella, quam deperibat, elapsa esset e manibus, tum quod juvenem infeliciter a se amatum disco occidisset, idque sibi ex foedo provenisset amore, ut male vitam perderet, ignorassetque Phœbus quod ex ludo eventurum erat, cum tamen sederet aliis futura prædicens. Illud vero plene quomodo non divinum? Cœlites simul omnes in Ægyptum fugere, inque belluarum formas mutati quod terribilem Typhœum sustinere non possent, qui nuper giganteo sanguine ortus deorum turmas solus in fugam vertebat? Illud porro Veneris cum Marte adulterium, et rursus cum Adonide concubitus, quem etiam apri ictu necatum amatoris lavat lacrymis? Quid Juno e cœlo pendens, quam Jupiter conjux, quia propter Herculem zelotypia laborabat, gravi catena suspendit? Sed ubi reponemus eas, quæ cum artis æmulo Thamyride certantes, præmium certaminis proposuere scorta-

tionem cum sese omnibus? Deorum quoque progenitor, a quo filii sunt male habitus, et qui a sua sobole male est habitus, quomodo non patitur? quomodo Deo digna non agit? Hoc autem qua ratione Dei majestatem non indicet, et magnificas non constituat solemnitates, quæ apud ipsos talem habent originem? Jovis post laborem pugnae cum gigantibus ad petram Venerum somnium, quam prope obdormierat, et quæ illi igneum progenitum deum.

Sed de rebus turpissimis satis. Valeant enim gentiles monstra hæc confingentes, et ignominiarum honore, tum sceleritatem eorum quos a se honorari putabant, tum suam insipientiam divulgantes, et per deorum multitudinem in Dei abnegationem prolabentes. Nobis autem unus est Deus, Pater, Filius, et Spiritus sanctus, non adaptatis uni personæ nominibus, sed personis tribus naturæ unitate conjunctis. Abeat in malam crucem hujus delirii auctor, qui tribus appellationibus unam immutat personam; vel illud stupidus non animal vertens, quod dum unam personam honorare vult his nominibus, non sinit eo nomine illam vocari quod ipsi imposuit, nec positum esse permittit quod indidit; si vere posita sunt, quæ successione non admittunt, quomodo igitur illam suam personam vocabit Patrem, si hæc appellatio transit in Filii appellationem? ut non modo dicam omnino patrem dici non posse, nisi sit alicujus pater? Quomodo etiam vocabit Filium, qui abit in Spiritum? Unus ergo est nobis Deus in Trinitate personarum, ita ut neque ob ternarium dividatur diversarum naturarum sectionibus Deitatis unitas, nec ob naturæ unitatem confundantur personæ; sed tria semper sint, Filio nequaquam ex nihilo emergente, nam et Pater ex nihilo emergeret; nec etiam Spiritu, ne videatur imperfectus antea Deus, postea defectus deponere; sed una cum productore Patre sint et ea quæ producuntur, Patre quidem, et Spiritu sua in simplicitate manentibus, Filio autem assumente nostram naturam. Oportebat enim, postquam Deo placuit, per viscera misericordiae, cum nostra forma, rationis nostræ, quæ defluerat, nobilitatem ad se revocare, Filium esse qui hoc præstaret, non modo quia manens in eo, quod æternum habuit, nullam erat suorum factorum jacturam; sed quia etiam Verbi erat removere a nobis per suum commercium nostræ rationis detrimenta. Idcirco qui sæcula condidit, sumis initium æternitate posterius, et immaculato puerperio meam procreationem honorat; et quod celebramus hodie, carne offertur in templo, me sanctificans de profano et impuro impietatis vivendi instituto. Hoc est, quod hodie per dispensationem efficit, qui pro nobis factus est infans. Hoc celebramus, oblationem in templo infantis, cui linguarum ignearum offertur laus. Quis non horreat? Quis non obstupescat? Quis non agat gratias? Qui omnia perficit ut Deus, imperfectæ mortalium æta-

tis formatione parvus conspicitur. Qui consessor A est Patri, maternis gestatur manibus. Ille, cujus verbo vocata prodiit lux, oblectus caligine vitæ nostræ progreditur. Obscuri gentium oculi sedentium in tenebrosa mortis nocte, illuminamini, lucidum vitæ diem conspicientes; aublatae etenim sunt ignorantiae tenebræ, quibus divisi a Deo detinebamur: seipsum ad hoc permovente magno misericordiarum Patre, qui verum ostendit lumen pereuntibus in tenebris. Abiit cæstitia splendore gloriae nobis affulgente. Videant salutare, qui de peccati offuscatione cæcutiunt. Ecce enim puella puris manibus insidentem portans, in templum succedit umbrarum, sacerdotis manibus offerens illum (13). O profundam Dei ad nos demissionem! Qui ad ministrandum delegerat Aaronem, et antea B Mosem allocutus erat, quem etiam præsentia docebat mysteria, dum illi posteriora ostenderet (futuram quippe cum hominibus suam conversationem obscure Deum præmonstrans, famulo posteriora ostendit), tanquam sacerdotali benedictione indigens, sacerdoti offertur. Ita illi placuit errorem corrigere, quem ego, in legem peccans, admisi. Quæ tanta clementia! Quæ pietas ineffabilis! Servus ergo herilibus privilegiis ornatus, et quasi heri vita degens, custodem gloriæ meæ (a) non refugit a traducenda cum servis communi vita, ob idque positæ servis obsequitur legi. Quorsum id vero? Nimirum ut me instruat, qua ratione incompositorum morum defensionem habeam, et liberer C inobedientiæ crimine. Ut si quis liberorum amatissimus pater, natum videns obnoxium luendis pœnis, malorum causam filio tollat opere suo aliquo longe præstantiori. Quodnam hoc opus formidabile, cuictisque excellentius, quæ a Deo sunt facta? Magnum quid profecto est cœlum extensum, et nullo fundamento subnixâ tellus, verboque lux obtemperans ad universi ornamentum, et ante hanc expers materiæ multitudo, prompta ad ministerium. Verum Deus in vulva susceptus,

¹³ Psal. LXXII, 8.

(13) *Sacerdotis manibus offerens illum.* Sacerdotis manibus Deo obtulit Filium suum B. Virgo in die purificationis, per hanc et ipsa oblationem spiritualis sacerdos constituta. Unde Carthagena Homil. 7 de Purif. B. V. et Præsentatione Christi Domini, Mariam vocat summam sacerdotissam, sacrificium Filii sui Deo offerentem in veste puritatis candida. Integroque discursu ego aliquando demonstravi Deiparam Virginem in die Purificationis tanquam spirituales sacerdotem æterno Patri Filium suum sacrificasse, adductis inter alia illis B. Thomæ a Villanova verbis, in concione de Purificatione beatæ Virginis exaratis: *Postquam ad altare pentum est, Virgo sacra genibus flexis divino inflammata Spiritu, plus quam Seraphim, filium manibus tenens, ipsum offert Domino, munus, et oblationem acceptabilem Deo, in hunc modum orans: Suscipe, Pater omnipotens, suscipe oblationem hanc, quam tibi offero pro toto orbe, ancilla tua. Suscipe com-*

(a) Deest aliquid. Lege, custodem gloriæ meæ repuli, col. 31 C. Edit.

et formatus, majus quid est et admirabilius. Hoc divinius est et sublimius, Deus pro me ubera sugens, et gestatus manibus; licet hoc loquentibus iniquitatem in excelso ¹⁴, ansa fiat inhonorandi Unigeniti: quasi vero ob præstantiora opera rerum penitus sit aspernandus; aut inde conari vires enjuspian negare, unde excellentis proveniro debet attestatio roboris. Quid ais? Quoniam obruto tibi tenebris affulsit lux, idcirco contemnis lucem? Et quia Rex tuarum ærumnarum misericordia permotus accedit ad te, nec alteri committit hoc, sed ipse suo ministerio pietatem exhibet, parvipendis beneficii gloriam propter beneficii magnitudinem? Celsitudinem ejus deprimendam putas, quoniam se ille ad te demisit? Certe ob id potius magnificandus erat ille. Tu vero quia infantem audis, et fascias, et manus amplectentes. et quæcunque fiunt œconomice tuæ salutis causa, Verbum sempiterna sua gloria privas? Perinde ac si regem quoque corona privandum putares, quoniam ipse accedens ad te, laboribus doloribusque eximeret. Quoniam propter te creatur, dum sit Matris Filius, idcirco eum a paterna unione secernis, et creaturis annumeras, cum ne inferior quidem generatio capi a curiosis possit (14)? Obtecta quippe est et illa impermeabilem tenebrarum involucris. Tu vero fixis, ut aiunt, oculis, præ impudentia, quæ sunt anteriora sæculis comprehendis, et statuis de Filio ut meditationi tuæ placet, ut cæca est, acuta tue mentis acies, et stolidi sapientia?

Verum dimissa dementium insania, redeamus ad ea quæ præsentia sunt, Deique mysterium veneremur, sanis oculis intuentes mundi solatium, cum ad templum ingreditur. Jam nuper versanti in spelunca Regi e cœlorum regia satellitium adventabat, supernæ accinentes turmæ. Stella ducem se præbens regibus, jacenti in præsepi Domino adoratores adducens, et inopia stipabatur a dominato, divinis opibus indicantibus spontaneam tecto domoque carentis egestatem. Quid

NOTÆ.

D munem Filium, tuum ab æterno, neum in tempore, etc. Vide S. Methodium Orat. in Hypapanthem, Guericum abbatem Sermon. 5 de Purif. B. Virg., S. Brunonem Carthusianum, vel potius episcopum Signinum Sermon. de eadem, et D. Bernardum abbatem Sermon. 2 et 3 de eadem pariter purificatione, ubi de hac B. Virginis spiritualis sacerdotissæ oblatione, omnino præclare.

(14) *Cum ne inferior quidem generatio capi a curiosis possit.* Hinc dixit Isaias propheta cap. LIII: *Generationem ejus quis enarrabit?* Quasi dicat: Nemo; cum sit omnino incomprehensibilis et ineffabilis. Hunc enim locum accipiunt Patres de generatione Christi, non solum divina ex Patre, ut S. Basilius lib. 1 contra Eunomium, et Chrysostomus lib. 1 de incomprehensibili Dei natura; sed etiam humana ex Matre, ut S. Athanasius in lib. de Incarnat. Verbi, Justinus martyr Quæst. 67 ad orthodox., Tertull. contra Judæos cap. 13, et alii plures.

Dominus autem non refugit, etc. Vide homiliam 4, supra

vero præsentia? Mater, quæ non peperit comuni matrum lege prolem, ut suam primogenituram sistat Deo, procedit; infantem pannis involutum vilibus sacerdoti offert; suscipit sacerdos. Quid deinde sit? Ulnis excipit infantem, utque Domino hymnum concludit, ut nuper genitum naturæ germen accipit, et e vita dimitti ut Creatorem rogat. Quid loqueris? Quid novæ est, o sacerdos? Cum iis quæ videntur, verba tua non conveniunt. Ubi dominationis fastus? Ubi majestatis tuæ satellites concursantes, præcuntes? Vides quanta rerum inopia, et Dominum vocas? Infantem nuper in vitæ lucem editum tenes, et verba facis, quasi ad vitæ imperium obtinentem? Quomodo rebus adeo parvis et tenuibus, magna et admiranda accommodas? Et gloriam Israel, et lumen vocas gentium Infantem inopis Matris (15)? Sed adde, quæ restant, ad laudationem ejus, qui sub nostræ carnis velamento lux latet. Quid tandem agat? Quid molitur? An duas ille res peraget, aliorum resurrectionis, aliorum ruina futurus, qui tibi, o senex, conspicitur a duobus constans, dejectos bono in statu collocaturus, tumidos depressurus: quando et Mater virginitatis integræ gladio doloris transfossam sibi sentiet animam (16)? Norat enim decidaram facinus, et fore ut cruentæ manus armarentur in eum, qui sacris vehebatur manibus. Nunc sane illum in fasciis furens persequitur Herodes. Et Ægyptus excipiet illum a quo olim vapulavit propter hospites male acceptos, et intingentur gladii in infantum cæde, ut Infans necetur. Oportebat enim Deo in terra nato de sanguinibus Virginis, æquales sibi per sanguinem in cœlis nasci; et primam illam ætatem, e præsentia Domini fructum percipere, quæ prima illum in suis habuit: eadem illo sustinente pro regenerandis omnibus, quando Patris magnus Apostolus, absoluto opere propter quod est missus, omnibus simul pandet sinus cœlestes. Sed cave tu iterum ob apostolatus nomen, Unigeniti immittas gloriam, nec dominatum in servitute redigas; alienum illum a paterna natura constituens. Sed apostolatum audiens, æqualitatem considera. Hæc ad eos, qui beneficiis affecti, ingrati sunt, et honore aucti ac sublimate per Verbi humilitatem inubonant honorantem, proque fastigio cacuminis reddunt depressionem. Sed redea-

¹⁵ Exod. iii, 1 seqq.

(15) *Inopis Matris*. De paupertate beatæ Virginis late inter alios agunt Richardus a S. Laurentio lib. iv de Laudibus Virg. a pag. 279, et deinceps, et Pelbartus in Stellario lib. vii, part. 2, art. 3, cap. 10. Quos tu consule.

(16) *Gladio doloris transfossam sibi sentiet animam*. De gladio doloris, quo anima B. Virginis transfossa fuit ob passionem et mortem Filii, plura habes ex SS. Patrum monumentis hausta apud Georgium Colvenerum in Kal. Mariano die 18 Martii, Justinum Miechoviensem tomo II in litaniis Lauretanis, super illud Virg. elogium: *Regina*

A mus ad sapientem senem, qui in profundo humilitatis prospexit altitudinem magnitudinis, et sub testaceo naturæ nostræ operimento Margaritam Deitatis invenit; cujus pulchritudine plurimum delectatus, ad sacrum carmen modulandum alacrius movet linguam. A quo remunerationis nomine, eo quod senex eum in ulnas acceperit, discessum e vita impetrans, ablit ad inferos, annuntiaturus detentis inibi egenis, quas vidit ipse divitias. Cui appropinquans, torporeque flaccidæ carnis deponens, refloronsque sensibus, spiritu obit spiritale ministerium. Enimvero propheticis olium oculis per symbola præmonstrata sunt, quæ sunt, et in forcipe, et pruna erat ænigma, continente illo, hæc propheta labia tangente, et propheticeam inflammante mentem. Itaque quæ nunc sunt res, ænigmata tunc erant: lacte nutriens et Virgo manens (17), inaccessibleis et portatus, Puella tanquam forceps prunam divinitatis tenens, quam etiam manus sacerdotis tangentes sanctificantur, et os vaticinio Spiritus impletur; ulnæ corporeæ illum amplectentes, quem intueri non audent immateriales oculi. Qui materialem nostram substantiam essentia suæ uniens, facit ut sua intoleranda majestas in materiali nostro portetur: et fasciis quidem alligatus est, sed portantem sacerdotem corporalibus solvit fasciis, ut rugosis ille oculis vidit, quod nuper apparuit, Salutare Israel. Oportebat enim subterranea incolentibus loca nuntari quæ supra terram fiebant admirabilia, docerique illos etiam advenisse mundi salutem, Deumque gestare carnem, et puerum esse, qui est ante sæcula: et nutrimenta subministrantem, lac sugere: adventurumque ut afflictos ab ærumnis liberaret, essetque interim illic morantibus patientiæ largitor. Ideo Symeoni responsum datur e carnis ergastulo se non exiturum, ni videat Salvatoris adventum¹⁶. Adam aures mœrore oppressas aperiet lætitiæ nuntio, et Creatorem narrans gestari manibus, mœstitia posita, senem spe efficit alacrem. Eva ubi didicerit e muliere natum, partus dolorum maledictionem non ægre feret, quam hereditatis nomine posteris transmisit. Moses ab eo legem impleri sciet¹⁷, cujus digitis scriptam accepit, et ea jam effecta reddi, quæ in igne et rubo viderat. Omnes detenti in inferis, et in mœrore jacentes, præconem suscipient lætum. Erat porro immensi

NOTÆ.

martyrum, et Theophilum Raynaudum in Diptychis Marianis p. 1, puncto 9, n. 6, 7, 8 et 9.

(17) *Lacte nutriens, et virgo manens*. Virgo, manens virgo, lac habere naturaliter non potest. Licet enim S. Virgo Liduvina, et aliæ quædam in nocte Dominicæ Nativitatis lacte redundarint, ut habent Acta ejusdem S. Liduvinae lib. II, cap. 4, tamen hæc virgines lac non habuerunt naturaliter, sed supra naturæ debitum et efficacitatem lac illis suppeditavit Deus. Quomodo autem fuerit lac Virginis absque viro Matri optime edisserit Raynaudus in Diptychis Marianis p. 1, p. 8, num. 2.

hoc etiam erga homines amoris, non modo ipsum advenire afflictis, et angustias patientibus solatium, sed prænuntiare quoque beneficium, ut spe bonorum levior esset malorum gravitas, et ea tanquam rore mitesceret flamma dolorum. Cæterum senex quidem decrepitus, et sacerdos (18) antiquiori se Infanti manus ad excipiendum obtulit ministras, et futuræ salutis decantato hymno mercedem accipit, ut e vinculis corporeis avolet. Quid porro nos, qui vetustatem deposuimus regenerati per generationem, qui oblati sumus Patri ministerio humano dilecti Filii ejus, quod ministerium, quod obsequii specimen offeremus? An certe nosmetipsos offeremus, propter quos tanta exinanitio, tantaque condescensio, ut integram servemus imaginem, nec vitilis obruamus colores vivos, quibus picturam suam ornavit Dominus? Sin minus, ut non oscitanter repurgemus, sed pulchris iterum decoremus illam coloribus? Fiamus Patris altissimi filii, propter eum qui ex infimo conditionis nostræ loco Matrem agnovit. Fiamus Dei templum; hoc enim est quo spectat adventus Dei ad homines. Ornemus virtutum donariis nosmetipsos, et latitantes quasi de latibulis serpentes, pravos affectus omni conatu ejiciamus. Aperiamus manus conservis beneficas, qui bona quæque a Domino recepimus. Humani benignique simus, qui benignitatem experti sumus. Ad spiritualis incrementum ascendamus ætatis, ob ejus reverentiam, qui ætatis imperfectæ fuit, ut nos ad statum perfectum perveniremus. Purgentur igne labia nostra, licet quippe et nobis prunam attingere purgatricam. Imo vero cum eo frui jam nobis Dei beneficio contigerit, ne purgationem contemnamus quæ inde consecuta est. Ita accedentes puri ad eum qui in templo hodie offertur, cum annosa et casta Anna consileamur Domino; cum sacerdote dierum pleno in ulnas excipiamus. Consalutemus Matrem semper virginem, non ea re-

Luc. II, 35.

NOTÆ.

(18) *Senex quidem decrepitus et sacerdos.* Synecronem sanctitate et senio venerabilem, qui Christum Dominum in sua Præsentatione in templo suscepit in ulnas suas, fuisse sacerdotem, censent cum Leone nostro Lyranus, Dionysius Carthusianus, Cajetanus, Franciscus Lucas, et Toletus in cap. II Lucæ, ac S. Athanasius Lib. de Comuni essentia Patris, et Filii, S. Cyrillus Hierosolymitanus Orat. de Occursu Domini, S. Epiphanius Tract. de Patribus Veteris Testamenti, et Canisius lib. IV de Deipara, cap. 10. Ideoque ut sacerdotem benedixisse Mariæ et Joseph, Luc. II, vers. 34. Licet eum fuisse laicum, non sacerdotem, opinentur Theophylactus, Euthymius, Jansenius, et Barradius, ac benedixisse Mariæ, non ut sacerdotem, sed ut senem. Vide Cornelium a Lapide in cap. II Lucæ, vers. 25.

(19) *Ad immaculatam penitus Virginem.* Ut recte, pie, et prudenter beatam Virginem penitus immaculatam, imo immaculatam solum nomine compellatam esse dicamus, facili deductione asserere licet eam omni prorsus peccati originalis macula caruisse. Primo quidem, quia (ut in suo Tract. de Concept. cap. 13, inquit Lezana) si vim negationis, quæ per nomen Immaculata significatur, recte

ferentes quæ nequam Synagoga molietur in ejus primogenitum; nec illud: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius* 22. 33; sed læta afferamus, beneficia, quibus, ut hæreditate quadam, orbis terræ fines sequuntur, recensentes Virginis, cujus gaudio ditati sumus. Clamemus ad immaculatam penitus Virginem (19) voce non indigna: Magnificamus te, per quam is, qui res magnas efficit, suorum operum maximum et maxime stupendum peregit; quæ in sinu tenuisti continentem cælos, cujus ubere nutritus est qui omnibus ex humo alimenta producit, quæ inter mulieres una benedicta es, et benedictionem hæreditatis loco effudisti in universon genus, per te e nobis rite sublata invisâ parentum hæreditate. Ænigmata te antiqua præsignabant Matrem, partus felicitate præcipuam. Thronus, et Forceps, et Domus gloria plena, et quæcunque alia. Videbant quidem oculi, interim tamen umbram videntes, te referentia cernebant mysteria. Nunc vero tu hæc prædiens aperta et manifesta reddis, mutatis umbris in lucem gratiæ. Nunc te liquido Cherubicum, imo nobiliorem conspiciamus thronum. Nunc te forcipem agnoscimus igniferum, et plenum sanctimoniam templum. In te enim quasi throno requievit Dominus, et tanquam forcipe arreptus est, quem nihil ferre potest; et quasi domo exceptus est, qui capi nusquam potest. Beata vero es sola inter mulieres, quæ nos etiam tuæ felicissimæ beatitudinis fecisti participes. Sed, o Virgo, et Mater, de cujus immaculatis sanguinibus formatione facta, tanquam in codice Verbum legimus, et rationis orationem deposuimus. Ipsa Filio tuo sermonis nostri munus offero (20), indignum illud sane, a me tamen elaboratum honorante quod ille hodie pro nostra salute gessit. Accipe hoc; te enim adjutrice mea fretus, suscepi laborem; quæ me a puero ad hanc ætatem protexisti, et ut semper protegas oro. Ne tua nos defensione destituas, sed

pensitemus, invenietur certe ad omnem temporis differentiam extendendam fore. Negatio enim illa, *In*, vim universalis habet; ac si doceat nullam prorsus maculam neque actualem neque originalem Deiparam habuisse. Secundo, quia, si femina corrupta semel, non potest posterum incorrupta nuncupari; quomodo SS. femina Maria, si aliquando originalem maculam fuisset perpessa, posset imposterum immaculata vocari? Cum ergo passim immaculata, imo prorsus immaculata a Patribus et conciliis appelletur, signum est illam ab omni penitus originali macula fuisse immunem.

(20) *Ipsa Filio tuo sermonis munus offero.* Et Cæsareo Leonis exemplo, et SS. Patrum suasionem, ut nostra sint Deo munera gratiora, Mariæ prius manibus, per has Deo offerenda, consignare debemus. Hinc S. Bernardus in serm. de Nativ. B. Virg. ait: *Modicum illud, quod offerre desideras, gratissimis illis, et omni acceptione dignissimis Mariæ manibus offerendum tradere cura, si non vis sustinere repulsam.* Constat Albertus Magnus serm. in Dominica 5 post Pentec. de B. Virgine sub nomine Naviculæ in hunc modum loquens: *Bonum est, charissimæ, ut nos peccatores munuscula nostra, id est, orationes, lacrymas, elemosynas, ac*

alis obtegens, quibus ab initio fovisti, vitæ cursum ad optimum dirige finem; simul administrans imperium, quod administrandum tu sequestra dedisti; servans mihi eximiam tui Filii hæreditatem; perficiens (quod omnibus ego præfero) populi tui electi gentis sanctæ salutem. Pro his funderè preces nunquam desinio (21); nec quia pœnas ego debeo, multa ipsi experiantur. Habes quibus fle-

Atas, habes quibus suadeas: manus quibus portasti, ubera quibus lac dedisti. Fascias illi ad memoriam revoca, et quidquid Infantem nutriens egisti, qui ut populum sibi gloriosum acquireret, esse Infans voluit. Crucem, sanguinem, vulnera, per quæ salutem, per quæ gloriam adepti sumus, et utinam adipiscamur, acquisitionis populus, et nunc ejus providentia fruens, et in sæcula. Amen.

NOTÆ.

jejunia nostra per hanc fidelem Naviculam nostro Judici præmittamus, ut cum venerimus ipsum propitium inveniamus. Iterumque in Biblia Mariæ, super librum Levitici initio: Regina mundi dicitur Ostium præsentationis, ad quod omnis peccator præsentari debet. Levit. cap. 1, Homo qui obtulerit, Glossa, voluntarie, hostiam Deo ad placandum sibi Dominum, offeret primo ad ostium tabernaculi, id est, ad Mariam. Favet Richardus a Sancto Laurentio lib. II De laud. Virg. col. 86, dum scribit: Non possunt summæ Trinitati displicere xenia, quæcumque manibus tam dignæ gerulæ, Mariæ scilicet, committuntur. Suumque suffragium non denegat S. Sabbas in Menæis Græcorum, die 3 Januarii, Ode 9, dum clamat: Venite, atque omnes mentibus puris, intaminatisque labiis gloriose laudemus illam Emmanuelis intemeratam et super omnes virgines purissimam Matrem, sacrificia Deo, ex illa nato per eandem offerentes. Sanctus quoque Joan. Damascenus in Canticis ecclesiasticis Græcorum hoc spectans cecinit;

*Tu fidelium, o Virgo,
Supplicantium preces
Ne contempnas, sed admitte,
Et eas offer tuo
Filio, casta Virgo, Deo,
Qui solus benignus est,
Nam nostra es advocata.*

Nec silebo Henricum Susonium in Commendatione et Encomio illustrissimæ Reginæ cælorum his vocibus cum Maria loquentem: *Cum surgo mane, ad te primam respicit anima mea, et cum sero dormitum abeo, te postremam contemplatur; certa videlicet quidquid purissimis manibus tuis oblatum, et commendatum fuerit, gratum, et acceptum reddi apud Deum, etiam si in se ipso vile et exiguum sit, idque ob tuam Deo id exhibentis dignitatem. Neque enim rejici ullo modo potest aut respui quidquid ipsa, ut ipse purissima, charissimo Filio tuo præsentaveris. Neque abire patiar Philippum abbatem Bonæ Spei lib. IV in Cant. cap. 7, ad illa verba: Ferculum jecit sibi rex Salomon, his verbis utentem: Ferculum Virgo est, quam sibi ad hoc idem Sponsus voluit præparari, ut per eam mereretur, quæ per se non poterant, præsentari. Qui ergo sylvestri prius amaritudine fuerunt odiosi, suscepti a Ferculo, sunt suscipientis merito gratiosi, nec est, qui Salomonis convivio placere mereatur, nisi quem offerri sibi a Virgine, velut a mensa propitiatoria gratulatur. Sic ille. Porro sicut olim Ruben, ut legimus Gen. XXVIII, inventas mandragoras Liæ matri detulit, ita nos bona nostra, aliaque pietatis opera beatæ Virgini deferre debemus, et per ipsam Deo, ut illi gratiora accidant, offerre. Ob hanc enim causam de sero pulsatur Ave Maria, ut si quæ bona fecimus illo die, per Mariæ Virgineas manus Filio suo, Domino nostro Jesu Christo, ne repulsam pati possint, offeramus. Obtulerunt Magi Domino munera, aurum, thus et myrrham, sed mediante Virgine, ut probat Novatus de Emin. Deip. cap. 12, q. 2, ad significandum per manus Mariæ esse offerendum quidquid boni operis Deo offerre in animo habemus. Maria enim est thuribulum aureum Apoc. cap. VIII, per quod non solum orationum, sed quorumcumque bonorum operum incensa, ut placeant Deo, sunt offerenda. Ipsa Arcus cælestis petitiones nostras*

vota, desideria, gemitus, lacrymas, tanquam sagittas suscipiens, ut in cælum ejaculetur, et in Dei pectus valide insigat. Ipsa spiritualis sacerdos, per cuius purissimas manus nostrorum bonorum operum sacrificia, ne rejiciantur, sunt Deo Optimo Max. præsentanda. Licet autem, ut in prologo suæ Contemplationis inquit Idiota, *Maria preces, et sacrificia servorum suorum, et maxime quæ sibi exhibentur, repræsentet in conspectu divinæ majestatis, tamen, ut benemonet Gulielmus Parvus in cap. III Cant. apud Delrium, Fædas petitiones Mater Filio non offert, nec suscipit offerendas.*

(21) Pro his funderè preces nunquam desinio. Et merito quidem Leo beatæ Virginitatis preces exposcit; cum nullo modo ex apud Filium irritæ sint, aut esse possint; et plus solæ apud Deum valeant, quam omnes simul hominum angelorumque orationes. Et certe Mariæ preces irritas nunquam apud Filium esse asserit idem Leo in oratione sequenti de Assumptione, dum cum Maria loquens ait: *Nihil tibi abnuil, sed omnia per te concedit, qui creaturarum bono te in hanc edidit lucem; asseruntque Georgius Nicomediensis orat. in SS. martyres Cosmam et Damianum; Theophanes in Menæis Græcorum die 18 Januarii, ode 5; Bonaventura tomo III, sermo 3 De beata Virgine; Bernardus in sermone inscripto Virginitatis deprecatio; Goffridus Vindocinensis serm. in omni festivitate beatæ Mariæ; Amedeus Lausannensis homil. 7 De laud. Virg. et alii, quorum verba adduxi in Mariali S. Germani patriarchæ Constantinopolitani in notis ad orationem 1 De dormitione SS. Deiparæ num. 7. Mariam vero solam plus suis precibus valere apud Deum, quam omnes homines et angelos simul, testatur Richardus Victorinus ad illud Cantic. IV, *Duo ubera tua, sicut duo hinnuli gemelli, dum ait: His hinnulis beatæ Mariæ ubera comparantur, quia cum tam angeli, quam sancti pro peccatoribus solliciti sint, et eis tam meritis, quam intercessionem subveniunt, credendum est beatam Virginem tantum in hoc posse, quantum utraque simul creatura, imo utraque potentior judicatur; testatur Georgius Nicomediensis orat. supra citata in SS. martyres Cosmam et Damianum, cui scribit: Hæbetis faventem Largitoris Matrem, ac creatorum reginam, intercessionem illam exaudiri facilem, feminam, inquam, uti gloria incomparabili, ita et supplicationum efficacitate semotis a materia mentibus omnibus, Deique famulis prælatam. Testatur Petrus Blesensis in serm. de S. Maria Magdalena tomo XII Bibl. Magnæ veterum Patrum, dum hæc in eodem sermone ponit: *Singularis est beatæ Virginitatis auxilium, quia plus omnibus potest Mater apud Filium. Testatur denique S. Bonaventura in Speculo, dum Virginem præ omnibus sanctis potentissimam vocans, citat Augustinum hæc verba prominentem: Nec dubium est, quia quæ meruit pro liberandis offerre prelium, possit plus omnibus liberatis impendere suffragium. Id est plus omnibus simul sumptis, ut explicat Salazar in caput XXXI Proverbiorum num. 199. Dignitas enim Matris Dei tantam gratiam et merita ex decetia sua postulat, ut per ipsa Mater Dei dignior sit, ut exaudiatur a Deo, quam omnes homines, et angeli simul. Unde Albertus Magnus super Missus est cap. 80, dixit: *Oratio aliorum sanctorum non inilitur alicui juri, ex parte sui, sed tantum misericordiæ ex parte Dei.****

ΑΟΓΟΣ Ζ'.

Α

ORATIO VII.

Εἰς τὰ Βαῖα, ἐν ἣ παγκόσμιον ἀγαλλισιν προοι-
μασάμενα τὰ πλήθη, τὸν νικητὴν τοῦ θανά-
του Βαλοῖς ἀνύμνησαν.

(COMBEBIS. Auctar. p. 1657.)

Ἐπήγεσε καὶ ἄλλοτέ ποτε βασιλέως γλώσσα τὴν
παρούσαν πανήγυριν, καὶ λόγων ἄνθει σοφίας ἀμει-
νονος, ἐξωγράφησε τὸ φαίδρον αὐτῆς. Ἐν Πνεύματι
γὰρ ἰδὼν τὴν τερπνὴν τῶν παιδῶν χορείαν, καὶ γλώσ-
σῃ Πνεύματος προανεφώνησε τὰ τῆ χορείᾳ τελούμε-
να. Ἄλλὰ τότε μὲν ὀπτικωτάτῳ νοδὸς ὀφθαλμῶ μόνος
ὄρων τὰ μετέπειτα γενησόμενα, μόνος ἐμελέτα τῆς
ἐορτῆς τὸ μυστήριον· νῦν δὲ πάντων ὀφθαλμῶν τρυ-
φώντων τῆς ἐορτῆς τῷ καλλίστῳ θεάματι, ἅπαν συν-
τελεῖ στόμα τὴν εὐφημίαν, εἰ καὶ μὴ πᾶσιν ὁμοίως
αἱ πηγαι βέουσι τῶν λόγων. Βούλομαι δὲ καὶ ἐγὼ,
καθόσον οἶόν τε τῇ ἡμέρᾳ τι συνεισενεγκεῖν. Οἴμαι
γὰρ, εἰ καὶ μὴ παραπλησίως· ἐκείνῳ χειλέων, βασι-
λέως· δ' ὅμως εἰ εὐφημία προσάγοιτο, δίκαιά τε καὶ
πρέποντα γίνεσθαι· προσήκειν μὲν γὰρ αὐτὴν ἐξ
ἀπάντων τῶν Βασιλεί τῶν ὄλων, μάλιστα δ' ἐξ ἐκείνων,
οἱ τῆς αὐτοῦ παρὰ πάντας τυχόντες εὐμενείας, συγ-
γενοῦς μετέλαχον ἐξουσίας καὶ τιμῆς. Οὐκοῦν, εἰ καὶ
μὴ πρὸς κithάραν ἔδομεν, ὡ· ὁ πολὺς ἐκείνος ἐν θείαις
ἡδαῖς βασιλεύς, ἀλλ' ἑτερόν γε πρὸς ἡμῶν εὐφημει-
σθω τρόπον Ἰησοῦ· Ὁ ἐμὸς καὶ Βασιλεὺς καὶ Θεός·
ὅς, εἰ καὶ [ὑπὲρ] πυρίνων δοξολογεῖται χειλέων, οὐκ
ἀτιμάζει τὴν τῶν πηλίκων προαίρεσιν. Οἷς γὰρ ἐν
ὁμιλήσῃ τὴν ἐκείνων λαμβάνει μορφήν, τούτων οὐ
φασκίλει τὸν λόγον· μάλιστα μὲν, ὅτι ἐκείνου κατ-
αρχὰς τούτο δῶρον, καὶ ταύτῃ ἐξαιρέτῳ τιμῇ τῆς
παλάμης· τὸ ζῶον τιμᾶ. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὑστερον,
ὅπως ἀλογίᾳ γεγονὸς ἀτιμὸν πάλιν τημήσῃ, πλά-
σειν ἢ αὐτὸν καταδέχεται. Καὶ τοῦτο δὴ τὸ σήμερον
ἡμῖν πανηγυριζόμενον, Ὁ ἐπιθεθῆκώς ἐπὶ τὸν οὐ-
ρανὸν τοῦ οὐρανοῦ, πῶλῳ ἐπιθεθῆκεται· καὶ ὁ ἐπὶ
τῶν Χερουδιμ καθήμενος, ἀλόγου νώτοις καθίζει.

Quin et postea, ut brutis
ac honore donaret, idem reparandum ac instaurandum suscipit. Hoc vero ipsum est, quod presentī
conventu celebramus. Nimirum, qui ascendit super caelum caeli⁴², is in pullum asinae ascendit; atque is,
qui super cherubim sedet⁴³, ille dorso bruti vehitur.

Ἦδη γὰρ τοῖς ἐν βίῳ ἀποχρόντως ἐχούσης τῆς
παρ' αὐτοῦ βοήθειας, ἔργους καὶ λόγοις εὐεργετου-
μένου τοῦ πλάσματος, καὶ τῆς τῶν δαιμονίων μο-
χθηρίας ἀπαλλαττομένου· χρηζόντων δὲ καὶ τῶν κάτω

In festum Palmarum, quo multitudo universi orbis
exsultationem auspicata, victorem mortis Palma-
rum ramis celebravit (22).

Hodiernam solemnitate quondam quoque alias
lingua regia celebravit⁴¹, ac orationis floribus ex
meliori sapientia decerptis, splendorem ejus ac
majestatem exornavit. Spiritu enim jucundum il-
lum puerorum chorum contemplatus, lingua itidem
Spiritus, praevio ea praeconio edixit, quae choro
eodem peragenda erant. Caeterum perspicacissimo
mentis oculo solus tunc videns quae postmodum
eventura erant, solus item celebrando festi myste-
rio sese exercebat. At nunc, quando omnium oculi
laetissimo hujus festivitatis spectaculo exhilaran-
tur, omnes quoque ora in laudes resolvunt, tametsi
non iidem omnibus eloquentiae fontes affluunt. Sta-
tui autem et ego pro viribus aliquid ad diei hujus
jucunditatem conferre, ac licet regis illius facun-
diam minime assequar, nihilominus conve-
niens aequumque arbitror, ut a rege etiam haec
tam laeta dies dilaudetur ac praedicetur. Decet
enim ut Rex universorum ab omnibus celebretur,
maxime vero ab illis quos praeter caeteros bene-
volentia sua dignatus est, quique divinae aliquo
modo cognatam et consimilem potestatem acceperunt.
Quamvis autem ad citharam hymnos non
modulemur, ut rex ille in divinis laudibus con-
cinendis exercitatissimus; alia tamen ratione a
nobis Jesus laudibus extollatur ipse pariter Rex,
ac Deus meus⁴⁴: cui licet ignea labia laudum can-
tica depromunt, non tamen luteorum aspernatur
propositum. Nam quorum formam assumpsit, ut
eis consuesceret, haudquaquam eorum despiciatur
habiturus sit orationem; rationis, inquam, illud
opus; maxime cum ejus ab initio hoc sit donum,
honorisque illa praerogativa, quod manu condi-
diasset, animal exornarit. Quin et postea, ut brutis
simili insipientia honore dejectum, denuo gloria
ac honore donaret, idem reparandum ac instaurandum suscipit. Hoc vero ipsum est, quod presentī
conventu celebramus. Nimirum, qui ascendit super caelum caeli⁴², is in pullum asinae ascendit; atque is,
qui super cherubim sedet⁴³, ille dorso bruti vehitur.

Cum jam enim his, qui presentī saeculo vive-
rent, quod satis esset opis ac auxilii attulisset;
nimirum operibus pariter ac sermonibus bene de
figmento meritis, ac ubi ipsum a daemonum

⁴¹ Psal. viii, 3 ⁴² Psal. v, 3. ⁴³ Psal. lxxvii, 34. ⁴⁴ Psal. lxxix, 2.

VARIÆ LECTIONES

^b Malim ἀναπλάσειν.

NOTÆ.

Oratio autem beatissimæ Virginis innititur gratiæ
Dei, et juri naturali, et justitiæ Evangelii, vel Deca-
logi, quia Filius tenetur non tantum exaudire, sed
obedire Matri, juxta illud Exod. xv, Honora patrem,
et matrem, et Apost ad Ephes. vi, Filii, obedite pa-
rentibus vestris. Sic Albertus. Addi etiam potest
Mariam præ omnibus sanctis simul suis apud Deum
precibus valere, quia Ipsa (ut in suo Mariali
serm. 5, super illud Eccl. xxiv. Gyrum caeli circumivi
sola, inquit Jacobus de Voragine, archiepiscopus
Januensis) omnes sanctos caeli circumit, et gyrat, et

eos ad intercedendum pro nobis sollicitè inducit; et
dicit sola, quia ipsa orante, omnes orant, ipsa silente
omnes silent. Anselmus: Te, Domina, tacente nullus
orabit, te orante omnes jurabunt, omnes orabunt.

(22) Luculentissimo Euconio pius imperator,
æterni Regis triumphum prosequitur, ludens exor-
dio in Davidis antiqui laudatoris regisque, cum
ipso pariter rege ac novo laudatore, in universorum
dilaudando Rege, convenientia, quem maxime
regia laudatio deceat.

lectia ac vexatione liberasset : illi autem, qui in A inferno positi essent, ejusdem nihilominus opis indigerent, diuturnoque carcere afflicti, Redemptorem exspectarent, ipsum utique, qui pro mundi totius salute ex æthereis sedibus venisset; eos exsolvere moliens, qui inferne vincti tenerentur, manumque beneficam ad eos quoque volens pertingere, qui in terræ infimis sinibus agerent, Hierosolymam, quæ justorum cædibus gauderet, Deus Justorum venit, tum morte sua, mortem perempturus, tum quod sciret, nullos alios ipsi mortis auctores fore, præter eos quos sanguinis justii ac innocentis sitis perpetua haberet; qui et oculos, ac mentem prævidia clausissent, omnique proba ac grati animi affectione ex stolido corde expulsa, deteriores semper beneficiis redderentur; divinæque congruis majestati operibus, in Dei necem acuerentur; in Dei inde bellum, atque odium promoventes, unde par erat, ut velut manu in Dei cognitionem ducti, summa reverentia ac veneratione sic mirabilium operum effectorem prosequerentur.

Ac olim quidem iræ fomitem subministrabat B homo ille, qui luto oblitus, ac sputo visum recuperaverat ⁴⁵, quo privatus ex utero materno processerat : itemque ille, cujus lepræ squammas verbo absterserat ⁴⁶; necnon ille, a cujus manu tanquam grave onus ariditas depulsa fuerat ⁴⁷, et id genus alia; at nunc furoris flamma rursus excusatur, postquam homo mortuus, ejus præcepto visus est inferni ac mortis sprevisse jura, ac cum ipsis institis ex sepulcro resiliit ⁴⁸: postquam item infantium lingua ob ætatis quidem defectum halbutiens ⁴⁹, Spiritu autem diserta, victorem mortis theologicis decantavit vocibus : quæ autem impuro ore semper volebant oracula, ea jam videntes ipso completa opere, videre noluerunt; velut utique ad meliorem mentem redire reveriti : ac velut ad amorem ac observantiam benefactoris regredi, ex his quæ fierent haud proclive esset; necve ut ita insipientes, præsentis remedii ac curationis donum perciperent : sed eum a principio in unum illum finem sua omnia consilia convertissent, ut ei necem inferrent, qui ipsorum demereretur gentem; non prius destiterunt quam ad sanguinem prophetarum, cujus jam rei erant, cædem quoque Domini adjicerent : inde indignationis occasione sumpta, unde etsi non volentes, ac certe nolentes, impudentiam suam verocundia prætextu mutare poterant. Cæterum invidia nullam admittit admonitionem, ac quod proverbio dicitur, auribus caret : omnemque medendi rationem, ægritudo ejusmodi superat : qua etiamnum Hebræorum principes irremediabiliter laborantes, interim infantes diserta lingua ac rectiloqua Deum deprædicant, ipsi maledicta lingua conviciantur : ac infantes quidem nullo doctore Regem agnoscunt, ac honore prosequuntur; seniores autem, quique meditandis prophetarum oraculis ælatem totam insumpissent, eundem ignorant, ac salutis auctori interitum struunt : quasi eo consilio divi-

της βοηθείας, καὶ τῆ μακρὰ κεκακωμένων φρουρῆ τὸν ἐλευθερωτὴν ἐκδεχομένον, ὃς ὑπὲρ οὐλο τοῦ κόσμου τῶν οὐρανίων ἐλήλυθε θρόνων · τὴν λύσιν τῶν κάτω δεσμιῶν πραγματευόμενος, καὶ φθάνειν τὴν εὐεργέτιν χεῖρα κἀν τοῖς ἐπ' ἔσχατα γῆς οὐσι προαιρούμενος, ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, ἣ ταῖς τῶν δικαίων ἐτροφὰ σφαγαῖς, ὃ τῶν δικαίων Θεὸς παραγίνεται θανάτῳ μὲν οικεῖν τὸν θάνατον ἐξολέσων · ἐργάτας δὲ τοῦ θανάτου εἰδὼς, οὐχὶ ἐτέρους ἢ ἐκείνους, οἱ ἀεὶ ἐδίψων ὁσίου αἵματος · οἱ καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ διανοίαν φθόνῳ μύσαντες, καὶ πᾶσαν εὐγνωμοσύνην τῆς ἀτόπου καρδίας κενώσαντες, χεῖρους ἀεὶ ταῖς εὐεργεσίαις ἐγίνοντο, καὶ τοῖς θεοπροπέσι τῶν ἔργων πρὸς θεοκτονίαν ἡκονῶντο · ἐκείθεν εἰς θεομαχίαν προκείμενοι, ὅθεν εὐλογον εἰς θεογνωσίαν χειραγωγούμενοι, ἀκραν αἰδῶ καὶ θεραπείαν φυλάττειν τῶν παραδόξων ἔργων τῷ ποιητῇ.

Kaὶ πάλαι μὲν ἦν αὐτοῖς ὀργῆς πρόφασις, ἀρτι γὰρ καὶ πτύσσει λαμβάνων τὸ βλέπειν ἄνθρωπος, ὁ πένης τῶν μητρικῶν θαλάμων εἰς βίον παρῆλθε · καὶ σώματος λεπρῶντος φοιτῆς ἀποξεόμενοι ῥήματι · καὶ χεῖρ ὡς βαρὺ φορτίον ἀποτιθεμένη τὴν ἀργίαν, καὶ τὰ λοιπὰ · νυνὶ δὲ, ἀναζει τὸ πῦρ τῆς μανίας αὐτοῖς, ἐπιπέτερ ἐφάνη προστάξει καταφρονήσας ἕδω καὶ φθορᾶς ἄνθρωπος νεκρῶς, καὶ κερταῖς αὐταῖς ἀναπηδήσας τοῦ μνήματος · καὶ οὐ παλῶν γλώσσα, τῷ μὲν ἀτελεῖ τῆς ἡλικίας φελλίζουσα, πνεύματι δὲ τρανουμένη, θεολόγοις φωναῖς ἐπευφήμει τὸν νικητὴν τοῦ θανάτου· καὶ οὐς διηνεκῶς ἐμελέτων χρησμοὺς στόμασι μιαιροῖς, τοῦτους ἐπὶ τῶν ἔργων ἐκβεβηκότας ὀρώντες, ὀρᾶν οὐκ ἐβούλοντο, ὡσπερ φοβούμενοι σφραγεῖν · οὐδὲ πρὸς εὐλάβειαν καταστῆναι τοῦ εὐεργέτου, ῥηθίου τοῦ πράγματος ἐκ τῶν γινομένων ὄντος · οὐδ' ἅμα τῆς παροινίας, παρουσίας τῆς θεραπείας λαβεῖν · ἀλλ' ἀπαρχῆς πρὸς ἐν μόνον ὀρηκτότες, τὸν φόνον τοῦ γένους εὐεργετοῦτος, οὐ πρὶν ἀνήκαν, μέχρις οὐ ἐφ' οἷς ἦσαν ἐνοχοὶ προφητικοῖς αἵμασι, τοῦ Ἀσπότητος προσέθηκαν τὴν σφαγὴν · ἐκεῖ χαλεπαίνοντες, ἐξ οὗ ἦν, εἰ καὶ μὴ ἐχόντας, ἀλλ' ἀκοντας γοῦν αἰδοῦς χρώματι μεταβαλεῖν τὴν ἀναίδειαν. Ἄλλ' ἀνοσθητός, καὶ οὐκ ἔχων ὤτα, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, ὃ φθόνος, καὶ φαρμάκου βοηθοῦντος ἀμείνων ἢ ἐκείνου ἀρρώστια · ἢ καὶ νῦν Ἑβραῖοι κάμνοντες ἀθεράπευτα, νηπίων εὐθυβρήμονε γλώσση θεολογούντων, αὐτοὶ λοιδοροῦνται δυσφήμῳ γλώτῳ · καὶ βρέφη μὲν ἀδίδακτα γνωρίζει τὸν βασιλέα, καὶ τιμᾶ · πρεσβύτεροι δὲ, τῇ μελέτῃ τῶν προφητικῶν χρησμῶν γεγηρακότες, ἀγνοοῦσι, καὶ κατὰ τοῦ σώζοντος μελετῶσιν ἀπώλειαν · ὡσπερ ἐπὶ τοῦτο μεμαθηκότες τὰ λόγια, οὐχ ἵνα ἐπιγνώσι παραγεγονότα τὸν προφητευόμενον · ἀλλ' ἵνα φονικωτέραν ἔξιν λαβόντες, ὀξύτεροι δραμῆν ὡς πρὸς τὴν ἐπιβουλήν · Ὅτως ταχέως πῶδες τοῖς παρατόμοις εἰς τὸ αἷμα ἐκχέειν, ἀργοὶ δὲ καὶ χαλοὶ βαδίζουσιν κατὰ γνώμην τοῦ κρείττονος. Ὡσὶ καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ λογισμὸν ἀφηρηκῶς ἐαυ-

⁴⁵ Joan. xx, 1.

⁴⁶ Luc. v, 12.

⁴⁷ Luc. vi, 7.

⁴⁸ Joan. ii, 44.

⁴⁹ Matth. ii, 16.

τὸν, εἰ τὰ σημεῖα παρατρέχεις; καὶ τὰ λοιπά. Οὐχὶ ἠθλαζόντων στομάτων, τοῦτο δὴ τὸ πάλαι προειρημένον τῷ Βασιλεῖ καὶ Προφήτῃ, ὄρα; τὸν αἶνον καταρτιζόμενον; οὐχ ἂ πάλαι ἤδοντος ἐκείνου ἐν Πνεύματι, ἐδιδάχθης, ὡς εἶναι σοὶ καθάπερ τισὶν ἐνδηλοτάτοις σημεῖοις γνωριεῖν ἐπιστάνα Βασιλέα, ταῦτα ἔχεις καὶ ὡσὶν ἀκουστά, καὶ τοῖς σοῖς οὐχ ὀρώσιν ὀφθαλμοῖς θεωρούμενα; μὴ καὶ ταῦτα πρὸς χάριν γίνεται, ἢ πλανώμενα τὰ νήπια προσάγει τὴν εὐφημίαν; ἀλλ' οὐθ' ὁ αἶνος ὅσος ἐκ πλανωμένης, γενέσθαι φρενός· οὐθ' ἢ ἡλικία πρὸς χάριν πράττειν ἐπιτηδεῖα. Ὅθεν οὖν ἄδει σοφίας ἄσματα χεῖλη θηλάζοντα, εἰ μὴ τοῦ Πνεύματος κινούσης τῆς ἐπινοίας τὰ τῆς σῆς πονηρίας ἀμέθεκτα νήπια;

que oculis tuis conspicua ac visa habes? Num et hæc ad gratiam fiunt; aut errore decepti infantes, hymnum texunt? At neque laus ejusmodi est, ut ex decepta mente proficisci queat; neque ætas talis, quæ auribus servire novit. Qua igitur ratione adhuc pendentes ab ubere infantes, plena sapientia promunt cantica, nisi divinitus Spiritus afflatus instinctusque, quorum nulla tuæ improbitatis societas sit, movet ac concitat?

Ὁ σὺ γέ ἀρχῆθεν ἐμπαροινῶν, δι' ὧν οἷς ἐνέπνει προφήταις, τὰς μαιφόνους ἐπέβαλες χεῖρας· νῦν ὥσπερ ἐσεμνυόμενος; εἰ αὐθαδέστερον ἐξυθριεῖς, αὐτῷ τε διαλοδορῆ, τὴν ἐκείνου δύναμιν βασιλεῶν ἀναφέρων· καὶ τοῦτον, ᾧ προσμαρτυρεῖ διὰ τῶν ἔργων ὡς συγγενεῖ συμπαρῶν, τῆς σῆς πονηρεῦθ'· φονικῆς προαιρέσεως ἔργον ποιήσασθαι. Σὺ μὲν οὖν, ἀπαξ τὰ τοῦ φθόνου συλλαβῶν ὀλέθρια σπέρματα, οὐ παύσῃ στενοχωρούμενος, ἕως ἂν τὴν ἀπολοῦσαν πληξῆς ὄδῃνα. Ἦδη γὰρ ἐκείνῃ τὴν μιανὴν ἐπιβαλεῖς καλὰ μὴν, καὶ ἐπιβαλόντος, πᾶν αἶμα δίκαιον, δ' ἐξέχεας, καταδοῆσται. Καὶ σε κολοφῶνα ταῖς μαιφονίαις ἐπιτεθεικότα τὴν Δεσποτικὴν σφαγῆν, ὃ τῶν κακῶν περιλήφεται κολοφῶν. Μεταβαλεῖ μὲν δὴ σοὶ πρὸς ἀδοξίαν ἢ εὐδοξίαν· μεταβαλεῖ δὲ ἢ εὐκκληρίαν, ἐφ' ἣ παρὰ πάντων ἐθαυμάζου, εἰς ἀσχήμονα δυσκκληρίαν· οὐ βασιλείας μόνον, οὐδ' ἰερωσύνης, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς, ἣν ἔφυρες αἵματι δικαίῳ, γῆς ἀφαιρούμενος· καὶ σκυθρωπάσεις ἀληθῶς εἰς αἰῶνα ταῖς συμφοραῖς φροντίζων, ἀνθ' ὧν ἔχων δυσκόλως, καὶ προτιμῶν εἶναι κακός, δέον παιδρύνεσθαι τῇ παρουσίᾳ τοῦ Βασιλέως· σὺ δὲ τὸν ἐκείνου πονηρευόμενος θάνατον, ἐσχυρῶ παζεις. Σὺ μὲν οὖν, Ἰουδαῖε, εἰς θυξίσιτα ἔχρῃν παροινήσας, τοιαῦτα κληρονομήσεις, οὐκέτι μὲν εἰς λαὸν, οὐκέτι δὲ εἰς υἱὸν τιμώμενος τῷ Θεῷ· ἀλλ' ἐξελαυνόμενος τοῦ οἴκου μετὰ τῆς δυσγενοῦς καὶ φαύλης προαιρέσεως. Λήψεται δὲ ὁ Μονογενὴς παρὰ τοῦ Πατρὸς κληρὸν τὰ ἔθνη αἰτῶν, οἱ καὶ λαοὶ χρηματίσουσι, καὶ τῶν υἱῶν πρεπόντων ἀπολαύσουσιν, εὐγενεῖ τόκῳ καὶ ἐλευθέρῳ γεννώμενα τῷ Πατρὶ· ὃ σήμερον ἢ ἐπὶ τῷ πύλῳ καθέδρα μὴνύει, τῶν τέως ἀκαθάρτων, καὶ ἀνοποτάκτων ἐθνῶν Θεῷ τὴν ἐσομένην ὑποταγήν.

liberoque partu Patri natæ ac comparata: quod hodie sessio illa super pullum indicat, fore nimiam ut eousque immundæ gentes ac indomitæ Deo subijcerentur.

104 Psal. viii, 3. 105 Matth. xii, 21. 106 Psal. ii, 8.

NOTÆ.

(23) Quod olim regi atque prophetæ. Προειρημένον τῷ βασιλεῖ καὶ προφήτῃ, nempe Davidi psal. viii. Nihil clarius. Interpres levius in Christum refert, cui Regi ac Prophetæ predictum sit perficiendam

laudem. Sed id longe a plano sensu ac auctoris mente. Argumentum hoc ad Christi astruendam divinitatem urgent pariter tractatores reliqui.

fera illa omnia devorante dimicaturus. Sed hæc A
postea. Nunc vero fugiendum illi est in ipsis fasciis
summa ipsa exinanitione, non sine sua exinanitione
manente. Jam quippe Herodes furore corripitur,
et victimas ob infantem natum infantes Bethleem faciet,
cæsaque ætate adeo tenera, ne quidem quid
agatur sentiente, intiget gladium, et regnum erit occi-
sorum crimen. O mentem, et ferino crudeliorem ingenio!
Statim videlicet infans assumet sibi imperium,
et privabit regno? Propterea timens effuso gaudet
sanguine. An vero non id cogitat, sed ut futura
præcaveat, jugulandum existimat immaturam ætatem,
quam in suam motens perniciem non illum demeret
quem quærit. Cum si opportunum tempus expectasset
quod illi forte dedisset ut comprehenderet quem quærebat,
tunc eum e medio sustulisset. Nunc vero mirum cum
esset, si qui quærebat non latuisset, ob rei obscuritatem
nihilominus turbatur, et planum fit omnibus illum delirare,
quod infans æque omnes affatim persecutus sit, quem-
admodum rabiosi canes æque omnes obvios adoriuntur.
Amentissime hominum, nunc te promittis iturum
ad adorandum, et nunc sanguinem potare optas!
Sed omittamus illum in sua insaniam, ante magnum,
proque universo mundo mactandum Agnum, hostias
credentem pro illo nectas, ut etiam tenera ætas
infantium non esset immunis ab offendo munere,
sed ipsa quoque offerret sanguinem Deo e virginalibus
orto sanguinibus, utque puerili amentia laborantium
Deo inimicorum, qui nec tibi sibi sonos, nec lamenta
audiunt, ut scriptum inquit, in suo ipsorum sanguine
præsignaret perniciem, quam sponte obirent,
occiso per furorem debacchantium Rege gloriæ,
et suarum passi animarum jaeturam: quamvis non
pro illo, sed ob suam ipsi rabiem, qua usi in eum
sunt, et mortem, et perniciem sustinuerunt. Et hæc
quidem considerare licet de cæde infantium suum
offerentium sanguinem. At vero Medi rite agniti
honorent Regem, congruentia rebus offerentes
munera, tanquam Regi et Deo, mortali que ad
offerendam mundo vitam, auro, thure et myrrha
honorem implentes. Sed ad hæc, et aliam subesse
in muneribus notandam inspicio significationem.
Videtur enim mihi præter id, quod ea quæ
offeruntur quid in Infante nato sit denotant,
prænuuntia quoque esse futuræ quamprimum
ipsi hæreditatis gentium. Propterea

A saue consanguineus nemo, sub lege constitutus,
Regi universorum infanti munera offert, sed
adorationem præripientes alieni a cognato sanguine,
et gentem ab aliis segregante lege, Magi ea dant,
præsignificantes in seipsis fore ut gentes prævertant
legis cultores, et per rivos sanguinis propinquos
Hebræos, in agnoscendo adorandoque Rege illo
qui nunc, ut dicitur, ad summam devenit inopiam.
A quibus et fidei sinceritatem, et gratum ploram
operum odorem, et motuum carnis restrictionem,
veluti aurum, et thus, et myrrham accipiet,
quibus dux erit ad adorandum affulgens
prædicationis splendidus Oriens, per stellam
Magorum nunc ducem prænotatus. Modo enim
fugiet ira periculum Herodem, et excipietur
Ægypto, tum ut beneficium illa recipiat,
quem habuit olim punitorem, tum ut aliud
mysterium hæc præsentia notetur, visitandos
videlicet eos, qui spiritali serviebant Ægypto,
et inde liberandos, qui ductorem eum sequentur,
qui infans conspicitur. Fortasse etiam fuga
infantis in Ægyptum, symbolum erat migraturæ
ad gentes doctrinæ evangelicæ. Sicut enim
iudex rex ob natum insanit puerum, ita afflicta
illi ob amentiam Judææ, ex oriente per linguam
discipulorum prædicatione evangelica, furore
corripientur, et aggredientur quidem cruentis
animis prædicationis cursum comprimere,
sed nihil efficient. Verumtamen in præsentia
nefarium Herodem fugiens contendit in Ægyptum.
Postmodum vero manuum scelestarum audacia,
inter mortuos numerabitur, quando Scribarum
et Phariseorum caterva tendent in eum, qui
venit ad ferendam salutem, insidias. Quæ ut
in opus abierint, efficient ut oblationis
medicorum munerum significatio suum
sortiatur finem, cum ipse myrrha condietur,
ut mortalis, ut vero Deus. gratum incorruptionis
odorem mundo diffundet, gentesque et
gentium oblationes suscipiet. Verum hæc suo
tempore fient. Nunc autem quæ sunt
presentis agamus, et proposita nobis tractemus.
Honoremus Domini Nativitatem, festinemus
ad videndum in spelunca hospitantiem.
Agnoscamus tantam depressionem ejus
qui est omni altitudine excelsior. Noseamus
cujus rei gratia tantum mysterium sit,
ut qui omnes ditat ad inopiam redactus sit,
et creetur Creator et Deus nascatur ut homo,
licet non more humano: ut videlicet contractum

NOTÆ.

absque apertura, et clausura salva, perviam vidit
Ezechiel. capit. XLIV: *Porta hæc clausa erit, et non
aperietur, et vir non transibit per eam, quoniam
Dominus Deus Israel ingressus est per illam, eritque
clausa principi.* Hæc enim prophetica verba ad
Mariam ante partum, in partu, et post partum, vere
Portam perpetuam clausam, ædulo accommodantur
a Chrysostomo homil. de S. Jo. Baptista, Hieronymo
in cap. XLIV Ezechielis, et lib. II contra Pelag.,
Ambrosio de Institutione Virg. cap. 7 et 8,
Augustino serm. 2 et 14 in Natali Domini, Eusebio
Emiseno homil. 1 de Nativitate Domini, Rufino in
expositione symboli, Damasceno lib. IV de Fide

Orthodoxa, Petro Damiani serm. 3 de Nativitate
Virg., Amedeo Lausannensi homil. 4 de Laud. Virg.,
Germano Constantinopolitano Orat. de Nat. B. Virgin.,
Hesychio homilia 2 de Deipara, Proclo Constantinopolitano
in Sermonibus de Nativitate Domini, Ruperto lib. 1
in Matthæum aliaque pluribus. Vide Colvenerium
III Kal. Mariano die 25 Decembris, num. 4. 5. 6. 7 et 8.
Ubi adducto etiam prædicto Ezechielis testimonio,
SS. Patrum explicatione roborato, de porta clausa,
quæ non aperitur, late probat Mariam Virginem
clauso utero, atque inviolatis integritatis
signaculis Christum Dominum peperisse.

instaretur, ut terra obrutum repurgetur, et in A
venta drachma suo reponatur in thalamo, ut ne
amplius in vilitate jaceamus, nec turpiter serviamus,
sed ad nostram intuentes nobilitatem, virtute
sublimis exinanitionis, vilitatem commutemus,
loco servitutis evecti in dominatum, pro egestate
divitias comparantes, quæ sunt ejus acquirentes,
qui nostra ipse sua fecit, ut hæc præstaret
advenit. His honoribus ille gaudet, per hæc nativitatem
adoremus. Induamus, fratres, sensum ejus,
qui non erubuit noster fieri frater, non aspernatus
est nos in vilissimo jacentes subsellio, ne contemnamus
et nos in simili fortuna positos. Qui hæc etiam
in parte multam Dei benignitatem experimur,
cum plura possideamus quam ii quorum par
et similis ad vitam fuit ingressus. Ne tibi subrepat
ut cleatrics conservi exhorreas, cum ipse abominandus
existiteris, non cicatricibus invito inflicis,
sed quas tibi sponte intulisti, et Regem tamen
ad te accedentem habueris. Ne humilem gravi
opprimas manu, memor vexationis quam tyrannica
oppressus manu sustinuvisti, et auxilii quod habuisti.
Ne habueris odio Creatoris imaginem, ne invidias,
qui propter invidiam mala es passus, infasti
dæmonis, quique primus in Dei imaginem invidios
oculos adiecit, animum imitatus. Nec te
facias tanquam vas, in quo sit positum venenum,
quod qui inscius acceperit, damnum contrahit. Ne
carni indulgeamus, nec inferius permittamus ut

potiori dominetur. Ne colligamus amaritudinem ex
demulcente voluptate. In summa pelliceas exuamus
vestes, nam quod illis amicti fuimus, idcirco panis
involvitur Dominus. Fiamus revera dii, ex Deo
vero id accipientes, non ut ab apostata dæmone
velimus nos in tantam dignitatem intrudere. Fiamus
filii Altissimi propter eum, qui factus est hominis
Filius. Ita honorem conferentes nostrum, honoremus
eum qui devenit ad homines ut honorem homo
assequatur. Ita affecti cum angelis gloriam tribuamus,
et simul cum pastoribus curramus, et cum Magis
expectionem gentium adoremus. Neque enim est
quo magis honoretur quam honore et gloria,
quæ nos deferimus quorum suscepto sanguine
frater existit. Sed, o qui e celsitudine gloriæ
tuæ ad nostram descendisti humilitatem, nec tuam
liquisti altitudinem! o Salvator eorum, quos ut
converteres male a te aberrantes exinanitus es!
o recens Homo, et Verbum æternitatem superans,
esto tibi et nobis pro natalitiis muneribus hæc
oratio. Refer tu nobis, ut gubernes et administres,
una cum iis quibus gubernacula tradidisti, mundi
navim, ut sub te gubernatore, superiores omni
procella, navigationem peragamus, cessante undarum
vi, et in tutum deveniamus portum: ubi positos,
et tranquillitate fruente, abduxerunt impetuosi
et vehementes venti. Quo nos debebas appulsos,
post hujus vitæ trajectionem, laudantes et glorificantes
te in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO VI.

In Christi nativitatem, quando ex immaculata nube transvectus in seniles manus, umbrarum templum ingressus est Sol gloriæ (11).

(MARACCI, loc. cit. p. 72.)

Christi solemnitatem honoramus (12), qui rite C
omnibus tribuendum statuit honorem. Christi sacram
agimus celebritatem, per quem profanæ sacrorum
celebrationes extinctæ sunt, et sanctæ dierum
festorum observationes exortæ. Quo in spelunca
orto, ut luce, et nunc præsentem nobis illustrante
diem, ipsi quoque splendemus. Rursus enim is,
per quem exultationis lumen conspeximus, qui
in tenebris ærumnarum sedebamus, profert
solemnitatis hilaritatem: non e spelunca radios
diffundens, sed quasi nube matre Virgine
vectus; nec in præsepi jacens, sed paternam
subiens domus. Qui terram, hominis parentem,
Verbo procreavit, Matrem sibi pridem faciens,
naturæ leges innovabat, e vulva progrediens sine
semine. Nunc vero communi eorum lege quorum
e semine carnem assumpsit, qui eam in
Sina condidit, veluti debitor mandata ejus implet,
Gloria Israel, gentium Lumen. Omnes gentes,
conferte laudem, ecce enim Deus factus est puer

degitque sub lege, ut et constitutis sub lege
opem ferat, quod illi deerat supplens, et viventibus
sine lege gentibus notas faciat suæ bonitatis
divitias. Nam quia lex Dei digito scripta non
valebat rationem deturbatam, ejus opera, qui
primo illam pravis abduxit suasionibus, ad
frugem bonam reducere nec velut organum
harmonia destitutum, sua propriis aptare concentibus,
nec docere ut res suas bene diserneret: sed
mala deteriorum additamento crescebant, cum
satis non esset nobis ausos fuisse contumaciam,
sed una cum præcepto rejecissemus et Dominum,
mente, instar pulli frenum mordentis, et præcipitem
se agentis, tota ruente. Quoniam igitur manu
Dei scripta lex ita præcipitem cohibere non poterat,
ipsemet legis scriptor, superessentiale Verbum,
rerum omnium productrix sapientia, per creaturæ
crassitudinem creaturæ unitor: evadique ipse
lex, et præceptio, per seipsum in-compositos
corrigenens, et conspicitur immutabi-

NOTÆ.

(11) Hanc etiam orationem sub Leonis imperatoris nomine exhibent Græcæ mss. codices Vaticani, et Messanenses, egoque illam ex Vaticano codice, per Jo. Matthæum Caryophilum Iconiensem episcopum Latinitate donatam exhibeo

(12) Initium hujus homiliæ convenit cum ea quæ hic quarta edita est. Sed post initium ex alio textu Græco translata est, et ideo eam hic etiam edendam esse censuimus. EDITION. ПАТ.

lia figura Patris sub mutabilitatis specie, si- que Patri ac nobis sequeretur, soluto pariete interposito. Ne desipiat insana mente Judæus, nec diem aversetur, ut noctivagæ solent animantes, sed oculis livore non depravatis divinæ incarnationis fulgorem inspiciat in iis quæ sunt penes ipsum. Nec gentilis veritatem derideat, qui turpitudinem suam deitate donat, risuque digna honorat, et fabulas; qui sibi deorum turbas ex pravi animi affectibus conficit et nefanda eorum gesta veneratur; et celebrat quæ alto sepelienda forent silentio; et, ut verbis eorum utar, galea Plutonis, et inferorum tenebris contegenda. Qui non solum humana specie, sed hominum quoque, et volucrum, et delphinorum, aviarumque belluarum inter homines versatum arbitratur Deum, et amatoris aculeis in omnia deos mutatos. Modo quippe Neptunus, ut cum adolescentulo ludat ad maris litus delphinum induit, et cum amasio natat, sinumque pueri sensim obrepens, trahensque in profundum, perdit, et obsceni amoris donum dat mortem; deinde amator pro acerbo munere, lacrymas offert funeri amplas, Nereidum planctu defunctum honorans, et ob ingentem animi mœrorem, maris administrationem abiciens, nec ob factum uxoris Pelei pudore suffusus, ipse effeminator cum illa modico fletu filium deploraverit, et dolere desierit. Et hæc quidem Neptunus. Modo vero Mercurius ut muliercula pascente potiretur, jumentum fit, et saltando Dionem oblectat, et fugam simulat, et a corrente puella capitur, et in dorsum insipientem excipit (et reliquam turpitudinem silentio transibimus), nimirum imitatus bovem illum, deorum, principem, cujus tergo Europa insedit. Annon erant scelerates istæ in divinitatis opinionem efferendæ, sentiendumque de illis, utpote diis, quibus tantam turpitudinem testificantur? Verum hæc quidem abominanda sunt; cætera quid honesti habent? Quomodo illud non dignitatis plenum? Apollo deflentum quod puella, quam deperibat, elapsa esset e manibus, tum quod juvenem infeliciter a se amatum disco occidisset, idque sibi ex fœdo provenisset amore, ut male vitam perderet, ignorassetque Phœbus quod ex ludo eventurum erat, cum tamen sederet aliis futura prædicens. Illud vero plene quomodo non divinum? Cœlites simul omnes in Ægyptum fugere, inque belluarum formas mutati quod terribilem Typhœum sustinere non possent, qui nuper giganteo sanguine ortus deorum turmas solus in fugam vertebat? Illud porro Veneris cum Marte adulterium, et rursus cum Adonide concubitus, quem etiam apri ictu uccatum amatoris lavat lacrymis? Quid Juno e cœlo pendens, quam Jupiter conjux, quia propter Herculeum zelotypia laborabat, gravi catena suspendit? Sed ubi reponemus eas, quæ cum artis æmulo Thamyride certantes, præmii certaminis proposuere scorta-

tionem cum sese omnibus? Deorum quoque progenitor, a quo filii sunt male habiti, et qui a sua sobole male est habitus, quomodo non patitur? quomodo Deo digna non agit? Hoc autem qua ratione Dei majestatem non indicet, et magnificas non constituat solemnitates, quæ apud ipsos talem habent originem? Jovis post laborem pugnae cum gigantibus ad petram Venerum somnium, quam prope obdormierat, et quæ illi igneum progenitum deum.

Sed de rebus turpissimis satis. Valeant enim gentiles monstra hæc confingentes, et ignominiarum honore, tum sceleratam eorum quos a se honorari putabant, tum suam insipientiam divulgantes, et per deorum multitudinem in Dei abnegationem prolabentes. Nobis autem unus est Deus, Pater, Filius, et Spiritus sanctus, non adaptatis uni personæ nominibus, sed personis tribus naturæ unitate conjunctis. Abeat in malam crucem hujus delirii auctor, qui tribus appellationibus unam immutat personam; vel illud stupidus non animadvertens, quod dum unam personam honorare vult his nominibus, non sinit eo nomine illam vocari quod ipsi imposuit, nec positum esse permittit quod indidit; si vere posita sunt, quæ successione non admittunt, quomodo igitur illam suam personam vocabit Patrem, si hæc appellatio transit in Filii appellationem? ut non modo dicam omnino patrem dici non posse, nisi sit alicujus pater? Quomodo etiam vocabit Filium, qui abit in Spiritum? Unus ergo est nobis Deus in Trinitate personarum, ita ut neque ob ternarium dividatur diversarum naturarum sectionibus Deitatis unitas, nec ob naturæ unitatem confundantur personæ; sed tria semper sint, Filio nequaquam ex nihilo emergente, nam et Pater ex nihilo emergeret; nec etiam Spiritu, ne videatur imperfectus antea Deus, postea defectus deponere; sed una cum productore Patre sint et ea quæ producuntur, Patre quidem, et Spiritu sua in simplicitate manentibus, Filio autem assumente nostram naturam. Oportebat enim, postquam Deo placuit, per viscera misericordiae, cum nostra forma, rationis nostræ, quæ defluerat, nobilitatem ad se revocare, Filium esse qui hoc præstaret, non modo quia manens in eo, quod æternum habuit, nullam erat suorum factorum jacturam; sed quia etiam Verbi erat removere a nobis per suum commercium nostræ rationis detrimenta. Idcirco qui sæcula condidit, sumit initium æternitate posterius, et immaculato puerperio meam procreationem honorat; et quod celebramus hodie, carne offertur in templo, me sanctificans de profano et impuro impietatis vivendi instituto. Hoc est, quod hodie per dispensationem efficit, qui pro nobis factus est infans. Hoc celebramus, oblationem in templo infantis, cui linguarum ignearum offertur laus. Quis non horreat? Quis non obstupescat? Quis non agat gratias? Qui omnia perficit ut Deus, imperfectæ mortalium æta-

tis formatione parvus conspicitur. Qui consessor A est Patri, maternis gestatur manibus. Ille, cujus verbo vocata prodiit lux, oblectus caligine vitæ nostræ progreditur. Obscuri gentium oculi sedentium in tenebrosa nocte, illuminamini, lucidum vitæ diem conspicientes; sublata etenim sunt ignorantiae tenebræ, quibus divisi a Deo destinebamur: seipsum ad hoc permovente magno misericordiarum Patre, qui verum ostendit lumen pereuntibus in tenebris. Abiit mœstitia splendore gloriæ nobis affulgente. Videant salutare, qui de peccati offuscatione cæcutiunt. Ecce enim puella puris manibus insidentem portans, in templum succedit umbrarum, sacerdotis manibus offerens illum (13). O profundam Dei ad nos demissionem! Qui ad ministrandum delegerat Aaronem, et antea B Mosem allocutus erat, quem etiam præsentia docebat mysteria, dum illi posteriora ostenderet (futuram quippe cum hominibus suam conversationem obscure Deum præmonstrans, famulo posteriora ostendit), tanquam sacerdotali benedictione indigens, sacerdoti offertur. Ita illi placuit errorem corrigere, quem ego, in legem peccans, admisi. Quæ tanta clementia! Quæ pietas ineffabilis! Servus ergo herilibus privilegiis ornatus, et quasi heri vita degens, custodem gloriæ meæ (a) non refugit a traducenda cum servis communi vita, ob idque positæ servis obsequitur legi. Quorsum id vero? Nimirum ut me instruat, qua ratione incompositorum morum defensionem habeam, et liberer C inobedientiæ crimine. Ut si quis liberorum amantissimus pater, natum videns obnoxium luendis pœnis, malorum causam filio tollat opere suo aliquo longe præstantiori. Quodnam hoc opus formidabile, cunctisque excellentius, quæ a Deo sunt facta? Magnum quid profecto est cœlum extensum, et nullo fundamento subnixa tellus, verboque lux obtemperans ad universi ornamentum, et ante hanc expers materiæ multitudo, prompta ad ministerium. Verum Deus in vulva susceptus,

^{aa} Psal. LXXII, 8.

et formatus, majus quid est et admirabilius. Hoc divinius est et sublimius, Deus pro me ubera sugens, et gestatus manibus; licet hoc loquentibus iniquitatem in excelso ^{aa}, ansa fiat inhonorandi Unigeniti: quasi vero ob præstantiora opera rerum penitus sit aspernandus; aut inde conari vires cujuspiam negare, unde excellentis proveniro debet attestatio roboris. Quid ais? Quoniam obruto tibi tenebris æfulsit lux, idcirco contemnis lucem? Et quia Rex tuarum ærumnarum misericordia permotus accedit ad te, nec alteri committit hoc, sed ipse suo ministerio pietatem exhibet, parvipendis beneficii gloriam propter beneficii magnitudinem? Celsitudinem ejus deprimendam putas, quoniam se ille ad te demisit? Certe ob id potius magnificandus erat ille. Tu vero quia infantem audis, et fascias, et manus amplectentes, et quæcunque sunt œconomice tuæ salutis causa, Verbum sempiterna sua gloria privas? Perinde ac si regem quoque corona privandum putares, quoniam ipse accedens ad te, laboribus doloribusque eximeret. Quoniam propter te creatur, dum sit Matris Filius, idcirco eum a paterna unione secernis, et creaturis annumeras, cum ne inferior quidem generatio capi a curiosis possit (14)? Oblecta quippe est et illa impermeabilium tenebrarum involucris. Tu vero fixis, ut aiunt, oculis, præ impudentia, quæ sunt anteriora sæculis comprehendis, et statuis de Filio ut meditationi tuæ placet, ut cæca est, acuta tue mentis acies, et stolidi sapientia?

Verum dimissa dementium insania, redeamus ad ea quæ præsentia sunt, Dei que mysterium veneremur, sanis oculis intuentes mundi solatium, cum ad templum ingreditur. Jam nuper versanti in spelunca Regi et cœlorum regia satellitium adventabat, supernæ accinentes turmæ. Stella ducem se præbens regibus, jacenti in præsepi Domino adoratores adducens, et inopia stipabatur a dominatu, divinis opibus indicantibus spontaneam tecto domoque carentis egestatem. Quid

NOTÆ.

(13) *Sacerdotis manibus offerens illum.* Sacerdotis manibus Deo obtulit Filium suum B. Virgo in die purificationis, per hanc et ipsa oblationem spiritualis sacerdos constituta. Unde Carthagena Homil. 7 de Purif. B. V. et Præsentatione Christi Domini, Mariam vocat summam sacerdotissam, sacrificium Filii sui Deo offerentem in veste puritatis candida. Integroque discursu ego aliquando demonstravi Deiparam Virginem in die Purificationis tanquam spiritualem sacerdotem æterno Patri Filium suum sacrificasse, adductis inter alia illis B. Thomæ a Villanova verbis, in concione de Purificatione beatæ Virginis exaratis: *Postquam ad altare ventum est, Virgo sacra genibus flexis divino inflammata Spiritu, plus quam Seraphim, filium manibus tenens, ipsum offert Domino, munus, et oblationem acceptabilem Deo, in hunc modum orans: Suscipe, Pater omnipotens, suscipe oblationem hanc, quam tibi offero pro toto orbe, ancilla tua. Suscipe com-*

D *munus Filium, tuum ab æterno, meum in tempore, etc.* Vide S. Methodium Orat. in Hypapanthem, Guericum abbatem Serm. 5 de Purif. B. Virg., S. Brunonem Carthusianum, vel potius episcopum Signinum Serm. de eadem, et D. Bernardum abbatem Serm. 2 et 3 de eadem pariter purificatione, ubi de hac B. Virginis spiritualis sacerdotissæ oblatione, omnino præclare.

(14) *Cum ne inferior quidem generatio capi a curiosis possit.* Hinc dixit Isaias propheta cap. LIII: *Generationem ejus quis enarrabit?* Quasi dicat: Nemo; cum sit omnino incomprehensibilis et ineffabilis. Hunc enim locum accipiant Patres de generatione Christi, non solum divina ex Patre, ut S. Basilius lib. 1 contra Eunomium, et Chrysostomus lib. 1 de incomprehensibili Dei natura; sed etiam humana ex Matre, ut S. Athanasius in lib. de Incarnat. Verbi, Justinus martyr Quæst. 67 ad orthodox., Tertull. contra Judæos cap. 13, et alii plures.

(a) Deest aliquid. Lege, *custodem gloriæ meæ reputi, Dominus autem non refugit, etc.* Vide homiliam 4, supra col. 31 C. Евр.

vero præsentia? Mater, quæ non peperit communi matrum lege prolem, ut suam primogenituram sistat Deo, procedit; infantem pannis involutum vilibus sacerdoti offert; suscipit sacerdos. Quid deinde sit? Ulnis excipit infantem, utque Domino hymnum concludit, ut nuper genitum naturæ germen accipit, et e vita dimitti ut Creatorem rogat. Quid loqueris? Quid novi est, o sacerdos? Cum iis quæ videntur, verba tua non conveniunt. Ubi dominationis fastus? Ubi majestatis tuæ satellites concursantes, præcuntes? Vides quanta rerum inopia, et Dominum vocas? Infantem nuper in vitæ lucem editum tenes, et verba facis, quasi ad vitæ imperium obtinentem? Quomodo rebus adeo parvis et tenuibus, magna et admiranda accommodas? Et gloriam Israel, et lumen vocas gentium Infantem inopis Matris (15)? Sed adde, quæ restant, ad laudationem ejus, qui sub nostræ carnis velamento lux latet. Quid tandem agat? Quid molitur? An duas ille res peraget, aliorum resurrectio, aliorum ruina futurus, qui tibi, o senex, conspicitur a duobus constans, dejectos bono in statu collocaturus, tumidos depressurus: quando et Mater virginitatis integræ gladio doloris transfossam sibi sentiet animam (16)? Norat enim deicidarum facinus, et fore ut cruentæ manus armarentur in eum, qui sacris vehebatur manibus. Nunc sane illum in fasciis furens persequitur Herodes. Et Ægyptus excipiet illum a quo olim vapulavit propter hospites male acceptos, et intingentur gladii in infantum cæde, ut Infans necetur. Oportebat enim Deo in terra nato de sanguinibus Virginis, æquales sibi per sanguinem in cælis nasci; et primam illam ætatem, e præsentia Domini fructum percipere, quæ prima illum in suis habuit: cædem illo sustinente pro regenerandis omnibus, quando Patris magnus Apostolus, absoluto opere propter quod est missus, omnibus simul pandet sinus cælestes. Sed cave tu iterum ob apostolatus nomen, Unigeniti immittas gloriam, nec dominatum in servitute redigas; alienum illum a paterna natura constituens. Sed apostolatum audiens, æqualitatem considera. Hæc ad eos, qui beneficiis affecti, ingrati sunt, et honore aucti ac sublimati per Verbi humilitatem inhonorant honorantem, proque fastigio cacuminis reddunt depressionem. Sed redea-

¹⁵ Exod. iii, 1 seqq.

(15) *Inopis Matris*. De paupertate beatæ Virginis late inter alios agunt Richardus a S. Laurentio lib. iv de Laudibus Virg. a pag. 279, et deinceps, et Pelbartus in Stellario lib. vii, part. 2, art. 3, cap. 10. Quos tu consulte.

(16) *Gladio doloris, transfossam sibi sentiet animam*. De gladio doloris, quo anima B. Virginis transfossa fuit ob passionem et mortem Filii, plura habes ex SS. Patrum monumentis hausta apud Georgium Colvenerium in Kal. Mariano die 18 Martii, Justinum Miechoviensem tomo II in litaniis Lauretanis, super illud Virg. elogium: *Regina*

A mus ad sapientem senem, qui in profundo humilitatis prospexit altitudinem magnitudinis, et sub testaceo naturæ nostræ operimento Margaritam Deitatis invenit; cujus pulchritudine plurimum delectatus, ad sacrum carmen modulandum alacrius movet linguam. A quo remunerationis nomine, eo quod senex eum in ulnas acceperit, discessum e vita impetrans, abiit ad inferos, annuntiaturus detentis inibi egenis, quas vidit ipse divitias. Cui appropinquans, torporemque flaccidæ carnis deponens, refloransque sensibus, spiritu obit spiritale ministerium. Enimvero propheticis olii oculis per symbola præmonstrata sunt, quæ sunt, et in forcipe, et pruna erat ænigma, continente illo, hæc propheta labia tangente, et propheticeam inflammante mentem. Itaque quæ nunc sunt res, ænigmata tunc erant: lacte nutriens et Virgo manens (17), inaccessibleis et portatus, Puella tanquam forceps prunam divinitatis tenens, quam etiam manus sacerdotis tangentes sanctificantur, et os vaticinio Spiritus impletur; ulnæ corporeæ illum amplectentes, quem intueri non audent immateriales oculi. Qui materialem nostram substantiam essentia suæ uniens, facit ut sua intoleranda majestas in materiali nostro portetur: et fasciis quidem alligatus est, sed portantem sacerdotem corporalibus solvit fasciis, ut rugosis ille oculis vidit, quod nuper apparuit, Salutare Israel. Oportebat enim subterranea incolentibus loca nuntiari quæ supra terram fiebant admirabilia, docerique illos etiam advenisse mundi salutem, Deumque gestare carnem, et puerum esse, qui est ante sæcula: et nutrimenta subministrantem, lac sugere: adventurumque ut afflictos ab ærumnis liberaret, essetque interim illic morantibus patientiæ largitor. Ideo Symeoni responsum datur e carnis ergastulo se non exiturum, ni videat Salvatoris adventum¹⁶. Adam aures mœrore oppressas aperiet lætitiæ nuntio, et Creatorem narrans gestari manibus, mœstitia posita, senem spe efficiet alacrem. Eva ubi didicerit e muliere natum, partus dolorum maledictionem non ægre feret, quam hæreditatis nomine posteris transmisit. Moses ab eo legem impleri sciet¹⁷, cujus digitis scriptam accepit, et ea jam effecta reddi, quæ in igne et rubo viderat. Omnes detenti in inferis, et in mœrore jacentes, præconem suscipient lætum. Erat porro immensi

NOTÆ.

martyrum, et Theophilum Raynaudum in Diptychis Marianis p. 1, puncto 9, n. 6, 7, 8 et 9.

(17) *Lacte nutriens, et virgo manens*. Virgo, manens virgo, lac habere naturaliter non potest. Licet enim S. Virgo Liduvina, et aliæ quædam in nocte Dominicæ Nativitatis lacte redundarint, ut habent Acta ejusdem S. Liduvinae lib. II, cap. 4, tamen hæc virgines lac non habuerunt naturaliter, sed supra naturæ debitum et efficacitatem lac illis suppeditavit Deus. Quomodo autem fuerit lac Virginis absque viro Matri optime edisserit Raynaudus in Diptychis Marianis p. 1, p. 8, num. 2.

hoc etiam erga homines amoris, non modo ipsum A advenire afflictis, et angustias patientibus solatium, sed prænuntiare quoque beneficium, ut spe bonorum levior esset malorum gravitas, et ea tanquam rore mitesceret flamma dolorum. Cæterum senex quidem decrepitus, et sacerdos (18) antiquiori se Infanti manus ad excipiendum obtulit ministras, et futuræ salutis decantato hymno mercedem accipit, ut e vinculis corporeis avolet. Quid porro nos, qui vetustatem deposuimus regenerati per generationem, qui oblati sumus Patri ministerio humano dilecti Filii ejus, quod ministerium, quod obsequii specimen offeremus? An certe nosmetipsos offeremus, propter quos tanta exinanitio, tantaque condescensio, ut integram servemus imaginem, nec vitilis obruamus colores vivos, quibus picturam suam ornavit Dominus? Sin minus, ut non oscitanter repurgemus, sed pulchris iterum decoremus illam coloribus? Fiamus Patris altissimi filii, propter eum qui ex infimo conditionis nostræ loco Matrem agnovit. Fiamus Dei templum; hoc enim est quo spectat adventus Dei ad homines. Ornemus virtutum donariis nosmetipsos, et latitantes quasi de latibulis serpentes, pravos affectus omni conatu ejiciamus. Aperiamus manus conservis beneficas, qui bona quæque a Domino recepimus. Humani benignique simus, qui benignitatem experti sumus. Ad spiritualis incrementum ascendamus ætatis, ob ejus reverentiam, qui ætatis imperfectæ fuit, ut nos ad statum perfectum perveniremus. Purgentur igne labia nostra, licet quippe et nobis prunam attingere purgatricem. Imo vero cum eo frui jam nobis Dei beneficio contigerit, ne purgationem contemnamus quæ inde consecuta est. Ita accedentes puri ad eum qui in templo hodie offertur, cum annosa et casta Anna conlitemur Domino; cum sacerdote dierum pleno in ulnas excipiamus. Consalutemus Matrem semper virginem, non ea re-

^{20. 26} Luc. II, 35.

ferentes quæ nequam Synagoga molietur in ejus primogenitum; nec illud: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius* ^{20. 26}; sed læta afferamus, beneficia, quibus, ut hæreditate quadam, orbis terræ fines sequuntur, recensentes Virginis, cujus gaudio ditati sumus. Clamemus ad immaculatam penitus Virginem (19) voce non indigna: Magnificamus te, per quam is, qui res magnas efficit, suorum operum maximum et maxime stupendum peregit; quæ in sinu tenuisti continentem coelos, cujus ubera nutritus est qui omnibus ex humo alimenta producit, quæ inter mulieres una benedicta es, et benedictionem hæreditatis loco effudisti in universum genus, per te e nobis rite sublata invisâ parentum hæreditate. Enigmata te antiqua præsignabant B Matrem, partus felicitate præcipuam. Thronus, et Forceps, et Domus gloria plena, et quæcunque alia. Videbant quidem oculi, interim tamen umbram videntes, te referentia cernebant mysteria. Nunc vero tu hæc prodians aperta et manifesta reddidisti, mutatis umbris in lucem gratiæ. Nunc te liquido Cherubicum, imo nobiliorem conspicimus thronum. Nunc te forcipem agnoscimus igniferum, et plenum sanctimoniam templum. In te enim quasi throno requievit Dominus, et tanquam forcipe arreptus est, quem nihil ferre potest; et quasi domo exceptus est, qui capi nusquam potest. Beata vere es sola inter mulieres, quæ nos etiam tuæ felicissimæ beatitudinis fecisti participes. Sed, o Virgo, et Mater, de cujus immaculatis sanguinibus formatio facta, tanquam in codice Verbum legimus, et rationis orbationem deposuimus. Ipsa Filio tuo sermonis nostri munus offero (20), indignum illud sane, a me tamen elaboratum honorante quod ille hodie pro nostra salute gessit. Accipe hoc; te enim adjutrice mea fretus, suscepi laborem; quæ me a puero ad hanc ætatem protexisti, et ut semper protegas oro. Ne tua nos defensione destituas, sed

NOTÆ.

(18) *Senex quidem decrepitus et sacerdos.* Symeonem sanctitate et ænio venerabilem, qui Christum Dominum in sua Præsentatione in templo suscepit in ulnas suas, fuisse sacerdotem, censent cum Leone nostro Lyranus, Dionysius Carthusianus, Cajetanus, Franciscus Lucas, et Toletus in cap. II Lucæ, ac S. Athanasius Lib. de Comuni essentia Patris, et Filii, S. Cyrillus Hierosolymitanus Orat. de Occursu Domini, S. Epiphanius Tract. de Patribus Veteris Testamenti, et Canisius lib. IV de Deipara, cap. 10. Ideoque ut sacerdotem benedixisse Mariæ et Joseph, Luc. II, vers. 34. Licet eum fuisse laicum, non sacerdotem, opinentur Theophylactus, Euthymius, Jansenius, et Barradius, ac benedixisse Mariæ, non ut sacerdotem, sed ut senem. Vide Cornelium a Lapide in cap. II Lucæ, vers. 25.

(19) *Ad immaculatam penitus Virginem.* Ut recte, ple, et prudenter beatam Virginem penitus immaculatam, imo immaculatam solum nomine compellatam esse dicamus, facili deductione asserere licebit eam omni prorsus peccati originalis macula caruisse. Primo quidem, quia (ut in suo Tract. de Concept. cap. 13, inquit Lezana) si vim negationis, quæ per nomen Immaculata significatur, recte

penitemus, inveniatur certe ad omnem temporis differentiam extendendam fore. Negatio enim illa, *In*, vim universalis habet; ac si doceat nullam prorsus maculam neque actualem neque originalem Deiparam habuisse. Secundo, quia, si femina corrupta semel, non potest imposterum incorrupta nuncupari; quomodo SS. femina Maria, si aliquando originalem maculam fuisse perpessa, posset imposterum immaculata vocari? Cum ergo passim immaculata, imo prorsus immaculata a Patribus et conciliis appelletur, signum est illam ab omni penitus originali macula fuisse immunem.

(20) *Ipsa Filio tuo sermonis munus offero.* Et Cæsareo Leonis exemplo, et SS. Patrum suasionem, ut nostra sint Deo munera gratiora, Mariæ prius manibus, per has Deo offerenda, consignare debemus. Hinc S. Bernardus in serm. de Nativ. B. Virg. ait: *Modicum illud, quod offerre desideras, gratissimis illis, et omni acceptione dignissimis Mariæ manibus offerendum tradere cura, si non vis sustinere repulsam.* Consonat Albertus Magnus serm. in Dominica 5 post Pentec. de B. Virgine sub nomine Naviculæ in hunc modum loquens: *Bonum est, charissimi, ut nos peccatores minuscula nostra, id est, orationes, lacrymas, elemosynas, ac*

alis obtegens, quibus ab initio fovisti, vitæ cursum ad optimum dirige finem; simul administrans imperium, quod administrandum tu sequestra dedisti; servans mihi eximiam tui Filii hæreditatem; perficiens (quod omnibus ego præfero) populi tui electi gentis sanctæ salutem. Pro his fundere preces nunquam desinito (21); nec quia pœnas ego debeo, multa ipsi experiantur. Habes quibus fle-

NOTÆ.

jejunia nostra per hanc fidelem Naviculam nostro Judici præmittamus, ut cum venerimus ipsum propitium inveniamus. Iterumque in Biblia Mariæ, super librum Levitici initio: Regina mundi dicitur Ostium præsentationis, ad quod omnis peccator præsentari debet. Levit. cap. 1, Homo qui obtulerit. Glossa, voluntarie, hostiam Deo ad placandum sibi Dominum, offeret primo ad ostium tabernaculi, id est, ad Mariam. Favet Richardus a Sancto Laurentio lib. 11 De laud. Virg. col. 86, dum scribit: Non possunt summæ Trinitati displicere xenia, quæcunque manibus tam dignæ gerulæ, Mariæ scilicet, committuntur. Suumque suffragium non denegat S. Sabbas in Menæis Græcorum, die 3 Januarii, Ode 9, dum clamat: Venite, atque omnes mentibus puris, intaminatisque labiis gloriose laudemus illam Emmanuelis intemeratam et super omnes virgines purissimam Matrem, sacrificia Deo, ex illa nato per eandem offerentes. Sanctus quoque Joan. Damascenus in Canticis ecclesiasticis Græcorum huc spectans cecinit:

*Tu fidelium, o Virgo,
Supplicantium preces
Ne contemnas, sed admitte,
Et eas offer tuo
Filio, casta Virgo, Deo,
Qui solus benignus est,
Nam nostra es advocata.*

Nec silebo Henricum Susonium in Commendatione et Eucomio illustrissimæ Reginæ cœlorum his vocibus cum Maria loquentem: Cum surgo mane, ad te primam respicit anima mea, et cum sero dormitum abeo, te postremam contemplantur; certa videlicet quidquid purissimis manibus tuis oblatum, et commendatum fuerit, gratum, et acceptum reddi apud Deum, etiamsi in se ipso vile et exiguum sit, idque ob tuam Deo id exhibentis dignitatem. Neque enim rejici ulla modo potest aut respici quidquid ipsa, utpote purissima, charissimo Filio tuo præsentaveris. Neque abire patiar Philippum abbatem Bonæ Spei lib. 14 in Cant. cap. 7, ad illa verba: Ferculum jecit sibi rex Salomon, his verbis utentem: Ferculum Virgo est, quam sibi ad hoc idem Sponsus voluit præparari, ut per eam mererentur, quæ per se non poterant, præsentari. Qui ergo sylvestri prius amaritudine fuerunt odiosi, suscepti a Ferculo, sunt suscipientis merito gratiosi, nec est, qui Salomonis convivio placere mereatur, nisi quem offerri sibi a Virgine, velut a mensa propitiatorum gratulatur. Sic ille. Porro sicut olim Ruben, ut legimus Gen. 18, inventas mandragoras Liæ matri detulit, ita nos bona nostra, aliaque pietatis opera beatæ Virgini deferre debemus, et per ipsam Deo, ut illi gratiora accidant, offerre. Ob hanc enim causam de sero pulsatur Ave Maria, ut si quæ bona fecimus illo die, per Mariæ Virgineas manus Filio suo, Domino nostro Jesu Christo, ne repulsam pati possint, offeramus. Obtulerunt Magi Domino munera, aurum, thus et myrrham, sed mediante Virgine, ut probat Novatus de Emin. Deip. cap. 12, q. 2, ad significandum per manus Mariæ esse offerendum quidquid boni operis Deo offerre in animo habemus. Maria enim est thuribulum aureum Apoc. cap. viii, per quod non solum orationum, sed quorumcunque bonorum operum incensa, ut placeant Deo, sunt offerenda. Ipsa Arcus cœlestis petitiones nostras

Actas, habes quibus suadeas: manus quibus portasti, ubera quibus lac dedisti. Fascias illi ad memoriam revoca, et quidquid Infantem nutriens egisti, qui ut populum sibi gloriosum acquireret, esse Infans voluit. Crucem, sanguinem, vulnera, per quæ salutem, per quæ gloriam adepti sumus, et utinam adipiscamur, acquisitionis populus, et nunc ejus providentia fruens, et in sæcula. Amen.

vota, desideria, gemitus, lacrymas, tanquam sagittas suscipiens, ut in cœlum ejaculetur, et in Dei pectus valide infigat. Ipsa spiritualis sacerdos, per cuius purissimas manus nostrorum bonorum operum sacrificia, ne rejiciantur, sunt Deo Optimo Max. præsentanda. Licet autem, ut in prologo suæ Contemplationis inquit Idiota, Maria preces, et sacrificia servorum suorum, et maxime quæ sibi exhibentur, repræsentet in conspectu divinæ majestatis, tamen, ut bene monet Gulielmus Parvus in cap. 111 Cant. apud Delrium, Fœdas petitiones Mater Filio non offert, nec suscipit offerendas.

(21) Pro his fundere preces nunquam desinito. Et merito quidem Leo beatæ Virginis preces exposcit; cum nullo modo eæ apud Filium irritæ sint, aut esse possint; et plus solæ apud Deum valeant, quam omnes simul hominum angelorumque orationes. Et certe Mariæ preces irritas nunquam apud Filium esse asserit idem Leo in oratione sequenti de Assumptione, dum cum Maria loquens ait: Nihil tibi abnuil, sed omnia te in hæc edidit lucem; asseruntque Georgius Nicomediensis orat. in SS. martyres Cosmam et Damianum; Theophanes in Menæis Græcorum die 18 Januarii, ode 5; Bonaventura tomo III, sermo 3 De beata Virgine; Bernardus in sermone inscripto Virginis deprecatio; Goffridus Vindocinensis serm. in omni festivitæ beatæ Mariæ; Amedeus Lausanensis homil. 7 De laud. Virg. et alii, quorum verba adduxi in Mariali S. Germani patriarchæ Constantinopolitani in notis ad orationem 1 De dormitione SS. Deiparæ num. 7. Mariam vero solam plus suis precibus valere apud Deum, quam omnes homines et angelos simul, testatur Richardus Victorinus ad illud Cantic. 14, Duo ubera tua, sicut duo hinnuli gemelli, dum ait: His hinnulis beatæ Mariæ ubera comparantur, quia cum tam angeli, quam sancti pro peccatoribus solliciti sint, et eis tam meritis, quam intercessione subveniunt, credendum est beatam Virginem tantum in hoc posse, quantum utraque simul creatura, imo utraque potentior judicatur; testatur Georgius Nicomediensis orat. supra citata in SS. martyres Cosmam et Damianum, cui scribit: Habetis faventem Largitoris Matrem, ac creatorum reginam, intercessionem illam exaudiri facilem, feminam, inquam, uti gloria incomparabili, ita et supplicationum efficacitate semotis a materia mentibus omnibus, Deique famulis prælatam. Testatur Petrus Blesensis in serm. de S. Maria Magdalena tomo XII Bibl. Magnæ veterum Patrum, dum hæc in eodem sermone ponit: Singulare est beatæ Virginis auxilium, quia plus omnibus potest Mater apud Filium. Testatur denique S. Bonaventura in Speculo, dum Virginem præ omnibus sanctis potentissimam vocans, citat Augustinum hæc verba prominentem: Nec dubium est, quia quæ meruit pro liberandis offerre pretium, possit plus omnibus liberatis impendere suffragium. Id est plus omnibus simul sumptis, ut explicat Salazar in caput xxxi Proverbiorum num. 199. Dignitas enim Matris Dei tantam gratiam et merita ex decencia sua postulat, ut per ipsa Mater Dei dignior sit, ut exaudiatur a Deo, quam omnes homines, et angeli simul. Unde Albertus Magnus super Missus est cap. 80, dixit: Oratio aliorum sanctorum non instituitur alicui juri, ex parte sui, sed tantum misericordie ex parte Dei.

ΛΟΓΟΣ Ζ΄.

A

ORATIO VII.

Εἰς τὰ Βαθα, ἐν ᾗ παγέσμον ἀγαλλασιν προοιμασάμενα τὰ πλήθη, τὸν νικητὴν τοῦ θανάτου Βατοῖς ἀνύμνησαν.

In festum Palmarum, quo multitudo universi orbis exultationem auspiciata, victorem mortis Palmarum ramis celebravit (22).

(COMBESIS. Auctar. p. 1657.)

Ἐψησεσθε καὶ ἄλλοτε ποτε βασιλέως γλώσσα τὴν παροῦσαν πανήγυριν, καὶ λόγων ἄνθει σοφίας ἀμεινονος, ἐζωγράφησε τὸ φαιδρὸν αὐτῆς. Ἐν Πνεύματι γὰρ ἰδὼν τὴν τερπνὴν τῶν παιδῶν χορείαν, καὶ γλώσση Πνεύματος προανεφώνησε τὰ τῆ χορεία τελούμενα. Ἄλλα τότε μὲν ὀπτικωτάτῳ νοδὸς ὀφθαλμῷ μόνος ὄρων τὰ μετέπειτα γενησόμενα, μόνος ἔμελέτα τῆς ἰορτῆς τὸ μυστήριον· νῦν δὲ πάντων ὀφθαλμῶν τρυφῶντων τῆς ἰορτῆς τῷ καλλίστῳ θεάματι, ἅπαν συντελεῖ στόμα τὴν εὐφημίαν, εἰ καὶ μὴ πᾶσιν ὁμοίως B αἰπηγαί ρέουσι τῶν λόγων. Βούλομαι δὲ καὶ ἐγὼ, καθόσον οἶόν τε τῇ ἡμέρᾳ τι συνεισνεγκεῖν. Οἶμαι γάρ, εἰ καὶ μὴ παραπλησίως· ἐκείνῳ χειλέων, βασιλέως· δ' ὅμως εἰ εὐφημία προσάγοιτο, δίκαιά τε καὶ πρέποντα γίνεσθαι· προσήκειν μὲν γὰρ αὐτὴν ἐξ ἁπάντων τῷ Βασιλεὶ τῶν ὄλων, μάλιστα δ' ἐξ ἐκείνων, οἱ τῆς αὐτοῦ παρὰ πάντας τυχόντες εὐμενείας, συγγενοῦς μετέλαχον ἐξουσίας καὶ τιμῆς. Οὐκοῦν, εἰ καὶ μὴ πρὸς κιδάραν ἔδομεν, ὡς ὁ πολὺς ἐκείνος· ἐν θείαις ὕδασι βασιλεὺς, ἀλλ' ἕτερόν γε πρὸς ἡμῶν εὐφημίσθω τρέπον Ἰησοῦς· Ὁ ἐμὸς καὶ Βασιλεὺς καὶ Θεός· ἔς, εἰ καὶ [ὑπὸ] πυρίνων δοξολογεῖται χειλέων, οὐκ ἀτιμάζει τὴν τῶν πηλίνων προαίρεσιν. Οἷς γὰρ ἴν' ὁμιλήσῃ. τὴν ἐκείνων λαμβάνει μορφήν, τούτων οὐ φαυλίζει τὸν λόγον· μάλιστα μὲν, ὅτι ἐκείνου κατ- C αρχὰς τοῦτο δῶρον, καὶ αὐτῇ ἐξαιρέτῳ τιμῇ τῆς παλάμης· τὸ ζῶον τιμᾶ. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὕστερον, ἔπως ἀλογίᾳ γεγονὸς ἀτιμον πάλιν τημήσῃ, πλάσειν ὁ αὐτὸν καταδέχεται. Καὶ τοῦτο δὴ τὸ σήμερον ἡμῖν πανηγυριζόμενον, Ὁ ἐπιβεσθηκῶς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ, πῶλον ἐπιβιβάζεται· καὶ ὁ ἐπὶ τῶν Χερουβιμ καθήμενος, ἀλόγου νώτοις καθίζει. disset, animal exornarit. Quin et postea, ut brutis ac honore donaret, idem reparandum ac instaurandum suscipit. Hoc vero ipsum est, quod presentī conventu celebramus. Nimirum, qui ascendit super cælum cæli⁴¹, is in pullum asinæ ascendit; atque is, qui super cherubim sedet⁴², ille dorso bruti vehitur.

Ἦδη γὰρ τοῖς ἐν βίῳ ἀποχρόντως· ἐχούσης τῆς D παρ' αὐτοῦ βοήθειας, ἔργοις καὶ λόγοις εὐεργετούμενου τοῦ πλάσματος, καὶ τῆς τῶν δαιμονίων μοχθηρίας ἀπαλλαττομένου· χρηζόντων δὲ καὶ τῶν κάτω

⁴¹ Psal. viii, 3 ⁴² Psal. v, 3. ⁴³ Psal. lxxvii, 34. ⁴⁴ Psal. lxxix, 2.

VARIE LECTIONES

^b Malim ἀναπλάσειν.

NOTÆ.

Oratio autem beatissimæ Virginis innititur gratiæ Dei, et juri naturali, et iustitiæ Evangelii, vel Decalogi, quia Filius tenetur non tantum exaudire, sed obedire Patri, juxta illud Exod. xx. Honora patrem, et matrem, et Apost. ad Ephes. vi, Filii, obedite parentibus vestris. Sic Albertus. Addi etiam potest Mariam præ omnibus sanctis simul suis apud Deum precibus valere, quia Ipsa (ut in suo Mariæ serm. 5, super illud Eccl. xxiv. Gyrum cæli circumivi sola, inquit Jacobus de Voragine, archiepiscopus Januensis) omnes sanctos cæli circumit, et gyrat, et

eos ad intercedendam pro nobis sollicitè inducit; et dicit sola, quia ipsa orante, omnes orant, ipsa silente omnes silent. Anselmus: Te, Domina, tacente nullus orabit, te orante omnes jurabunt, omnes orabunt.

(22) Luculentissimo Encomio pius imperator, æterni Regis triumphum prosequitur, ludens exordio in Davidis antiqui laudatoris regisque, cum ipso pariter rege ac novo laudatore, in universorum dilaudando Rege, convenientia, quem maximæ regia laudatio deceat.

lestia ac vexatione liberasset : illi autem, qui in A inferno positi essent, ejusdem nihilominus opis indigerent, diuturnoque carcere afflicti, Redemptorem exspectarent, ipsum utique, qui pro mundi totius saluto ex æthereis sedibus venisset; eos exsolvere moliens, qui inferne vinculi tenerentur, manumque beneficam ad eos quoque volens pertingere, qui in terræ infimis sinibus agerent, Hierosolymam, quæ justorum cædibus gauderet, Deus Justorum venit, tum morte sua, mortem perempturus, tum quod sciret, nullos alios ipsi mortis auctores fore, præter eos quos sanguinis justii ac innocentis sitis perpetua haberet; qui et oculos, ac mentem præ invidia clausissent, omnique proba ac grati animi affectione ex stolido corde expulsa, deteriores semper beneficiis redderentur; divinæque congruis majestati operibus, in Dei necem acuerentur; in Dei inde bellum, atque odium promoventes, unde par erat, ut velut manu in Dei cognitionem ducti, summa reverentia ac veneratione

Ac olim quidem iræ fomitem subministrabat B homo ille, qui luto oblitus, ac sputo visum recuperaverat ⁴⁴, quo privatus ex utero materno processerat : itemque ille, cujus lepræ squammas verbo absterserat ⁴⁵; necnon ille, a cujus manu tanquam grave onus ariditas depulsa fuerat ⁴⁶, et id genus alia; at nunc furoris flamma rursus exsuscitatur, postquam homo mortuus, ejus præcepto visus est inferni ac mortis sprevisse jura, ac cum ipsis institis ex sepulcro resiliit ⁴⁷: postquam item infantium lingua ob ætatis quidem defectum balbutiens ⁴⁸, Spiritu autem diserta, victorem mortis theologicis decantavit vocibus: quæ autem impuro ore semperolvebant oracula, ea jam videntes ipso completa opere, videre noluerunt; velut utique ad meliorem mentem redire reveriti: ac velut ad anorem ac observantiam benefactoris regredi, ex his quæ fierent haud proclive esset; necve ut ita insipientes, præsentis remedii ac curationis donum perciperent: sed eum a principio in unum illum finem sua omnia consilia convertissent, ut ei necem inferrent, qui ipsorum demereretur gentem; non prius destiterunt quam ad sanguinem prophetarum, cujus jam rei erant, cædem quoque Domini adijcerent: inde indignationis occasione sumpta, unde etsi non volentes, at certe nolentes, impudentiam suam verecundiæ prætextu mutare poterant. Cæterum invidia nullam admittit admonitionem, ac quod proverbio dicitur, auribus caret: omnemque medendi rationem, ægritudo ejusmodi superat: qua etiamnum Hebræorum principes irremediabiliter laborantes, interim infantes diserta lingua ac rectiloqua Deum deprædicant, ipsi maledicta lingua conviciantur: ac infantes quidem nullo doctore Regem agnoscunt, ac honore prosequantur; seniores autem, qui que meditandis prophetarum oraculis ætatem totam insumpsissent, eundem ignorant, ac salutis auctori interitum struunt: quasi eo consilio divi-

τῆς βοηθείας, καὶ τῆ μακρὰ κακακωμένων φρουρῆ τὸν ἐλευθερωτὴν ἐκδεχομένων, ὅς ὑπὲρ ὅλου τοῦ κόσμου τῶν οὐρανίων ἐλήλυθε θρόνον· τὴν λύσιν τῶν κάτω δεσμίων πραγματευόμενος, καὶ φθάνει τὴν εὐεργέτιν χεῖρα κἀν τοῖς ἐπ' ἔσχατα γῆς οὐδοῖ προαιρούμενος, ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, ἣ ταῖς τῶν δικαίων ἐτροφὰ σφαγαῖς, ὁ τῶν δικαίων Θεὸς παραγίνεται θανάτῳ μὲν οικειῶν τὸν θάνατον ἐξολέσων· ἐργάτας δὲ τοῦ θανάτου εἰδῶς, οὐχὶ ἐτέρους ἢ ἐκείνους, οἱ αἰεὶ ἐδίψων ὁσίου αἱματος· οἱ καὶ ὀφθαλμοῦς, καὶ διάνοιαν φθόνῳ μύσαντες, καὶ πᾶσαν εὐγνωμοσύνην τῆς ἀτόπου καρδίας κινώσαντες, χεῖρους αἰεὶ ταῖς εὐεργεσίαις ἐγίνοντο, καὶ τοῖς θεοπραπέσι τῶν ἔργων πρὸς θεοκτονίαν ἠκονῶντο· ἐκείθεν εἰς θεομαχίαν προκάπτοντες, ὅθεν εὐλογον εἰς θεογνωσίαν χειραγωγῶντας, ἄκραν αἰδῶ καὶ θεραπείαν φυλάττειν τῶν παραδόξων ἔργων τῷ ποιητῇ.

mirabilium operum effectorem prosequerentur.

Καὶ πάσαι μὲν ἦν αὐτοῖς ὀργῆς πρόβασις, ἄρι χολὴ καὶ πτύσσαι λαμβάνων τὸ βλέπειν ἄνθρωπος, ὁ πένης τῶν μητρικῶν θαλάμων εἰς βίον παρήλαε· καὶ σώματος λεπρῶντος φοβίδες ἀποξέσμεναι ῥήματι· καὶ χεῖρ ὡς βαρὺ φορτίον ἀποτιθεμένη τὴν ἀργίαν, καὶ τὰ λοιπὰ· νυκτὶ δὲ, ἀναζει τὸ πῦρ τῆς μανίας αὐτοῖς, ἐπαίπερ ἐφάνη προστάζει καταφρονήσας ἕδου καὶ φθορᾶς ἄνθρωπος νεκρὸς, καὶ κειραῖς αὐταῖς ἀναπηδήσας τοῦ μνήματος· καὶ ὅτι παίδων γλώσσα, τῷ μὲν ἀτελεῖ τῆς ἡλικίας ψελλίζουσα, πνεύματι δὲ τρανοῦ μνήμη, θεολόγους φωνάζει ἐπευφήμει τὸν νικητὴν τοῦ θανάτου· καὶ οὐς διηνεκῶς ἐμελέτων χρησμοῦς στόμασι ματαροῖς, τοῦτους ἐπὶ τῶν ἔργων ἐκβεθηκότας ὀρώντες, ὀρᾶν οὐκ ἐθεύλοντο, ὥσπερ φοβούμενοι σωφρονεῖν· οὐδὲ πρὸς εὐλάβειαν καταστῆναι τοῦ εὐεργέτου, ῥηδίου τοῦ πράγματος ἐκ τῶν γινομένων ἔντος· οὐδ' ἅμα τῆς παροινίας, παρουσίας τῆς θεραπείας λαβεῖν· ἀλλ' ἀπαρχῆς πρὸς ἔν μόνον ὀρμηκότες, τὸν φόνον τοῦ γένος εὐεργετοῦντος, οὐ πρὶν ἀνήκαν, μέχρις οὐ ἐφ' οἷς ἦσαν ἔνοχοι προφητικῶς αἱμασι, τοῦ Δεσπότης προσέθηκαν τὴν σφαγὴν· ἐκεῖ χαλεπαίνοντες, ἐξ οὗ ἦν, εἰ καὶ μὴ ἐκόντας, ἀλλ' ἄκοντας γοῦν αἰδοῦς χρώματι μεταβαλεῖν τὴν ἀνάθειαν. Ἄλλ' ἄκουσθέτητος, καὶ οὐκ ἔχων ὧτα, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, ὁ φθόνος, καὶ φαρμάκου βοηθοῦντος ἀμείνων ἢ ἐκείνου ἀρρώστια· ἢ καὶ νῦν Ἑβραῖοι κάμνοντες ἀθεράπευτα, νηπίων εὐθυβῆμονε γλώσση θεολογούντων, αὐτοὶ λουδορῶνται δυσφήμῳ γλώσση· καὶ βρέφη μὲν ἀδωκτα γωρίζει τὸν βασιλέα, καὶ τιμᾶ· πρεσβύτεροι δὲ, τῇ μελέτῃ τῶν προφητικῶν χρησμῶν γεγηρακότες, ἀγνοοῦσι, καὶ κατὰ τοῦ σώζοντος μελετῶσιν ἀπώλειαν· ὥσπερ ἐπὶ τοῦτο μεμαθηκότες τὰ λόγια, οὐχ ἵνα ἐπιγνώσι παραγεγονότα τὸν προφητευόμενον· ἀλλ' ἵνα φονικωτέρην ἔξιν λαβόντες, ὀξύτεροι δραμεῖν ὡσι πρὸς τὴν ἐπιβουλήν· Ὅπως ταχίνοι πῶδες τοῖς παρανόμοις εἰς τὸ αἷμα ἐκχέειν, ἀργοὶ δὲ καὶ χωλοὶ βαδίζουσιν κατὰ γνώμην τοῦ κρείττονος. Ὡσὶ καὶ ὀφθαλμοῦς, καὶ λογισμῶν ἀφηρηκῶς· ταυ-

⁴⁴ Joan. xx, 1. ⁴⁵ Luc. v, 12. ⁴⁶ Luc. vi, 7. ⁴⁷ Joan. ii, 44. ⁴⁸ Matth. ii, 16.

τόν, τί τὰ σημεῖα παρατρέχεις; καί τὰ λοιπά. Οὐχ ἄθλαζόντων στομάτων, τοῦτο δὴ τὸ πάλαι προειρημένον τῷ Βασιλεῖ καὶ Προφήτῃ, ὄρα; τὸν αἰνον καταρτιζόμενον; οὐχ ἂ πάλαι ἔδοντος ἐκείνου ἐν Πνεύματι, ἐδιδάχθης, ὡς εἶναι σοὶ καθάπερ τισὶν ἐνδηλοτάτοις σημείοις γνωριεῖν ἐπιστάντα Βασιλέα, ταῦτα ἔχεις καὶ ὧσιν ἄκουσά, καὶ τοῖς σοῖς οὐχ ὀρώσιν ὀφθαλμοῖς θεωρούμενα; μὴ καὶ ταῦτα πρὸς χάριν γίνεται, ἢ πλανώμενα τὰ νήπια προσάγει τὴν εὐφημίαν; ἀλλ' οὐθ' ὁ αἶνος οἷος ἐκ πλανωμένης, γενναῖοι φρονός· οὐθ' ἡ ἡλικία πρὸς χάριν πράττειν ἐπιτιθεῖσα. Ὅθεν οὖν ἔδει σοφίας ἄσματα χελεθ λαζόντα, εἰ μὴ τοῦ Πνεύματος κινούσης τῆς ἐπιπνοίας τὰ τῆς σῆς πονηρίας ἀμέθεκτα νήπια; que oculis tuis conspicua ac visa habes? Num et hæc ad gratiam fiunt; aut errore decepti infantes, hymnum texunt? At neque laus ejusmodi est, ut ex decepta mente proficisci queat; neque ætas talis, quæ auribus servire novit. Qua igitur ratione adhuc pendentes ab ubere infantes, plena sapientiæ pronunt cautica, nisi diviniæ Spiritus afflatus instinctusque, quorum nulla tuæ improbitatis societas sit, movet ac conceitat?

Ὁ σὺ γὰρ ἀρχῆθεν ἐμπαροινῶν, δι' ὧν οἷς ἐνέπνει προφήταις, τὰς μαιφόνους ἐπέβαλες χεῖρας· νῦν ὡσπερ εἰ σεμνονόμενος· εἰ αὐθαδέστερον ἐξυβριεῖς, αὐτῷ τε διαλοδορῆ, τὴν ἐκείνου δύναμιν Βεελζεβοὺλ ἀναφέρων· καὶ τοῦτον, ᾧ προσμαρτυρεῖ διὰ τῶν ἔργων ὡς συγγενεῖ συμπαρώ, τῆς σῆς πονηρεῦθ· φονικῆς προαιρέσεως ἔργον ποιήσασθαι. Σὺ μὲν οὖν, ἀπαξ τὰ τοῦ φθόνου συλλαβῶν δλέθρια σπέρματα, οὐ παύση στενοχωρούμενος, ἔως ἂν τὴν ἀπολοῦσαν· ῥήξης ὄδινα. Ἦδη γὰρ ἐκείνη τὴν μαράν ἐπιβαλεῖς παλάμην, καὶ ἐπιβαλόντος, πᾶν αἷμα δίκαιον, δ' ἐξέχεας, καταβοήσεται. Καὶ σε κολοφῶνα ταῖς μαιφονοῖς ἐπιτεθεικότα τὴν Δεσποτικὴν σφαγὴν, ὁ τῶν κακῶν περιλήψεται κολοφῶν. Μεταβαλεῖ μὲν δὴ σοὶ πρὸς ἄδοξίαν ἢ εὐδοξίαν· μεταβαλεῖ δὲ ἡ εὐκκληρία, ἐφ' ἣ παρὰ πάντων ἐθαυμάζου, εἰς ἀσχήμονα δυσκληρίαν· οὐ βασιλείας μόνον, οὐδ' ἰερωσύνης, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς, ἣν ἐφυρες αἵματι δικαίῳ, γῆς ἀφαιρούμενος· καὶ σκυθρωπάσεις ἀληθῶς εἰς αἰῶνα ταῖς συμφοραῖς φροντίζων, ἀνθ' ὧν ἔχων δυσκόλως, καὶ προτιμῶν εἶναι κακός, δέον ἀειδρύνεσθαι τῇ παρουσίᾳ τοῦ Βασιλέως· σὺ δὲ τὸν ἐκείνου πονηρευόμενος θάνατον, ἐσχυθρώπαζες. Σὺ μὲν οὖν, Ἰουδαῖε, εἰς δὴν ἤκιστα ἐχρῆν παροινήσας, τοιαῦτα κληρονομήσεις, οὐκέτι μὲν εἰς λαὸν, οὐκέτι δὲ εἰς υἱὸν πιμώμενος τῷ Θεῷ· ἀλλ' ἐξελαυνόμενος τοῦ οἴκου μετὰ τῆς δυσγενεῖς καὶ φαύλης προαιρέσεως. Λήφεται δὲ ὁ Μονογενὴς παρὰ τοῦ Πατρὸς κληρὸν τὰ ἔθνη αἰτῶν, οἱ καὶ λαοὶ χρηματίσουσι, καὶ τῶν υἱῶν πρεπόντων ἀπολαύσουσιν, εὐγενεῖ τόκῳ καὶ ἐλευθέρῳ γεννώμενα τῷ Πατρὶ· ὁ σήμερον ἢ ἐπὶ τῷ πάλῳ καθέδρα μηνύει, τῶν τέως ἀκαθάρτων, καὶ ἀνοποτάκτων ἐθνῶν Θεῷ τὴν ἐσομένην ὑποταγήν.

liberoque partu Patri Natæ ac comparata: quod hodie sessio illa super pullum indicat, foro nimium ut eousque immundæ gentes ac indomitæ Deo subicerentur.

⁴⁴⁴ Psal. viii, 3. ⁴⁴⁵ Matth. xii, 24. ⁴⁴⁶ Psal. ii, 8.

NOTÆ.

(23) *Quod olim regi atque prophetæ. Προειρημένον τῷ βασιλεῖ καὶ προφήτῃ, nempe Davidi psal. viii. Nihil clarius. Interpres levius in Christum refert, cui Regi ac Prophetæ predictum sit perficiendam*

A nas Litteras didicissent, non ut enim, quem illæ prædicebant, præsentem jam agnoscerent, sed ut animo in eadem magis incenso, velocius ad insidias tendendas properarent. Vere *veloces pedes iniquis ad effundendum sanguinem* ⁴⁴⁴; tardi vero ac claudi, ut se eo conferant, quo mens ac ratio melior suadet. O te miserum, qui oculos tibi ac rationem ipse ademisti, cur signa aliaque admiranda leviter adeo præteris? Nunne ex lactentium ore, quod olim Regi atque Prophetæ (23) prædictum esset, laudem perfici vides? Nonne, quæ olim eodem in spiritu modulante edoctus es, ut manifestissimis ac evidentissimis signis præsentem Regem tibi agnoscere liceret, jam et auribus audita, cæcis tibi agnoscere liceret; aut errore decepti infantes, hymnum texunt? At neque laus ejusmodi est, ut ex decepta mente proficisci queat; neque ætas talis, quæ auribus servire novit. Qua igitur ratione adhuc pendentes ab ubere infantes, plena sapientiæ pronunt cautica, nisi diviniæ Spiritus afflatus instinctusque, quorum nulla tuæ improbitatis societas sit, movet ac conceitat?

B O te jam olim insanum, quod cum prophetis divino afflatis Spiritu sacrilegas injecisses manus, nunc quasi glorians, ut majoris quidpiam injuriæ, majorisque petulantix feceris: tum illi conviciaris, ejus potestatem Beelzebud ascribens ⁴⁴⁵; ipsumque cui ille ut ejusdem secum naturæ ac substantiæ per opera testimonium defert, pravo tuo voluntatis proposito neci tradere quæris. At tu quidem postquam perniciosæ invidiæ semina semel concepisti, non desines arctari ac coangustari, quoad perniciem, quam parturis, parias. Jam enim illi scelestam manum injicies, ac ubi injeceris, omnis sanguis justus, quem effudisti, contra te exclamabit: cumque homicidiis ac parricidiis apposita nece Domini, quasi colophona imposueris, simul etiam te malorum omnium colophon apprehendet, gloriaque in inglorium tibi statum cedit: ac sors illa felix, cujus gratia omnibus fuisti admirationi, in ignominia plenam infelicitatem vertetur; ut nedum regno et sacerdotio, sed et ipsa, quam justo sanguine tinxisti, terra spoliis: vereque in sempiternum tempus affligeris, calamitatibus confectus; eo quod te nunc improbe gerens ac pravitatem præoptans, cum Regis præsentia te vel maxime exhilarari oporteret, tu perversa mente ei interitum moliens, morosior esse malueris. Cum igitur, Judæe, in quem minime debueras debacchatus sis, id vero consequeris, ut non amplius in filium reputeris, sed domo propria, cum de genere ac improbo tuo proposito extermineris. At Unigenitus, gentes a Patre postulans in hæreditatem accepturus est ⁴⁴⁶, quæ et populus vocabantur, ac filii consequentur jura; ingenuo

Enimvero, hæc quidem suo eventura tempore, A muto Dominus operis prænuntiabat præconio; at Hebræi, nihil in animum volentes inducere, ac intelligere, vel ut præterita dicas, vel ut presentia, sed id tantum molientes ut impudentia agerent, quasi Salvator has sibi laudes procurasset, ac laudatores congregasset, ipsum adeunt, atque in murmur prorumpentes: *Non audis, inquit, quid isti dicant*?" Tu illos interroga, Quis est, qui impulit? quisnam docuit, quando memoriam omnem tum oraculorum divinorum, tum operum exterminasti, omnemque humanam rationem ac cogitationem ex improbo tuo pectore proscripsisti? Nam ille quidem habitu modesto ac moderato procedit: hi vero regię congruis majestati salutationibus excipiunt: ex illis sciscitare, quidnam edocti, non pro ejus speciei sentiant ratione, quam vident oculis subjectam, sed adeo eximios honores deferrant. Hem, cum stupidus valde sis, ac tardus sensu ad honesta, admodum tamen velox ac expeditus arripiendis male agendi occasionibus existis! Et iis quidem qui Regi honorem habent, nihil videris molestię inferre; nosti enim non ab alio quam a superiori vi edoctos impulsosque; quare ab his abstines, non parcendi studio, sed quod scias non esse tuarum virium, ut vim eos divinitus afflantem cobibeas: ac ne si vetare nitaris, nihilque molitione conficias, tu ipse deinceps vel invitatus fatearis, laudem illam Salvatori a Spiritu sancto fuisse concinnatam. Nam tenella illa ætas, quam agrestis tua feritas minime erat terrefactura, ac cujus nulla ratione inceptum erat diremptura, hæc quæ dixi, te vel invitum fateri cogebat: idque tu callide admodum animadvertens, illos quidem præteris, ad illum vero qui vili apparatu invehebatur, Rexque nihilominus a laudantium rectis oculis intuentium turba agnoscebatur, non sine murmure accedis, hymnumque ei in crimen vertis. Verum audit pueros, qui hæc ipsa priusquam n utero formarentur, ut fierent ordinavit; audit, et ut plurima alia, ita et hoc ipso eventu consanguavit. O te, qui vel surdam aspidem auribus obturandis superas, et eo solum sine nunc auditu cum ea compone Scriptura, quæ ex ore infantium et lactentium testatur¹¹ laudem perfectum iri: ac nisi cum ea rem ipsam congruere compereris, tunc succenseas licet. At si omnia consonare vi-

Neque illud tibi, quod jam ante pedes versatur, D liquet; lapis nimirum, qui factus est in caput anguli¹², in illo insolubili ac nunquam ruitero edificio, quem lapidem tu imperite reprobasti, aptum illum ac omni parte comparatum ob mentis cæcitate perspicere non valens, eamque ob rem a tua ipsum domo amolitus es, cujus putridum fundamentum proxima ruina coarguet: cum alter ille pretiosus ac electus lapis ad semper æternam aliam ac vere

'Ἄλλὰ ταῦτα μὲν εἰς ἴδιον ἀπαντήσονται, πράγματι σωπῶντι προδύλεγεν ὁ Δεσπότης· Ἑβραῖοι δὲ μηδὲν συνείναι^h βουλόμενοι, οὐ τῶν γεγονότων, οὐ τῶν παρόντων· ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἀναισχυντεῖν ἑαυτοὺς πεποιηκότες, ὅσα Σωτῆρος τὴν εὐφημίαν ἑαυτῶ προδικηκότος, καὶ τοὺς ἐπαινετάς συναγαγόντος, ἐκείνω προσέρχονται· Ὁὐκ ἀκούεις τί λέγουσιν καταγοῖ² γύζοντες; Ἐκείνους ἐρώτα· Τίς ὁ κινήσας; τίς ὁ διδάξας· ἐπειδὴ μνήμης ἀπάσης καὶ θεῶν λογίων καὶ ἔργων ὡσπερ ἀειφυγίαν κατεψηφίσω, καὶ πάντα λογισμὸν ἀνθρώπινον τῆς σῆς ἀτίπου καρδίας ἐδίωξα; Ὁ μὲν γὰρ μετὰ μετρίου τοῦ σχήματος πρόεισιν· οἱ δὲ ταῖς βασιλεῖς περπούσαις δεξιούνται φωναῖς· ἐκείνων πύθου, τί μαθόντες οὐ πρὸς τὸ φαινόμενον σχῆμα φρονούσι· μεγαλοπρεπῆ δ' οὕτω φέρουσι τιμὴν· ἢ καὶ λίαν ἀναισθητῶς ἐπὶ τοῖς καλοῖς διακείμενοι, εὐαισθητῶς ἔχεις ἐν ταῖς τῶν κακῶν ἀφορμαῖς. Καὶ τοῖς μὲν τιμῶσιν ἐνοχλεῖν οὐ δοκεῖς· οἶδας γὰρ οὐχ ὑφ' ἑτέρου τινὸς ἢ τοῦ κρείττους καὶ διδαχθέντας καὶ κινήθέντας· καὶ τούτων μὲν ἀπέχη, οὐ φειδόμενος· ἀλλ' εἰδὼς ἀδύνατον εἶναι σοὶ διακόφειν τὴν ἀνωθεν αὐτοῖς ἐπιπνεύσασαν δύναμιν· καὶ ἵνα μὴ κωλύειν ἐπιχειρῶν, εἶτα μὴδὲν ἐξανύων, ἄκων καὶ αὐτὸς μαρτυρήσῃ, ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἐξεργάσθαι τῷ Σωτῆρι τὸν ἐπαινόν. Τὸ γὰρ ἀπαλὴν τῆς ἡλικίας, εἰ φοβήσῃς ἢ σὴ οὐκ ἐμελλε θηριωδία, οὐδ' ἐκκόψῃς αὐτῶν τὴν προαίρεσιν, ταῦθ' ἄπερ εἶπον ἠνάγκασε καὶ ἄκωντα μαρτυρεῖν· εἰ σὺ λίαν ὑπόουλως νῶν, ἐκείνους μὲν παρατρέχεις, τῷ δ' ὀχουμένῳ μὲν εὐτελῶς, ἐγνωσμένῳ δὲ βασιλεῖ τοῖς τῶν εὐφημούντων ὀρθὰ βλέπόντων ὀφθαλμοῖς, προσέρχῃ γογγύζων, καὶ τὸν ὕμνον ἐπικαλεῖς. Ἄλλ' ἀκούει τῶν παιδῶν, ταῦτα πρὶν ἐν μήτρα πλασθῆναι εἰς τὰ νῦν γιγνόμενα τάξας· ἀκούει, καὶ ὡσπερ δὴ πλείστ' ἕτερα, οὕτω καὶ τοῦτο σφραγίζει διὰ τῆς ἐκδόσεως. Ὁ σὺ τὴν κωφὴν ἀσπίδα νικῶν ἐν τῷ βῦειν τὰ ὦτα, καὶ δι' ἐν τούτῳ ἀκούσας νῦν, ἵν' ἀγανακτήσῃς. Τίθει μοι παρ' ἐκείνην τὴν γραφὴν τὰ τελούμενα, ἧς θηλαζόντων στομάτων ἕμαθες αἶνον ἄδῃσθαι· κἂν μὴ κατ' ἐκείνην ὀρξῆς ἔχον τὸ σχῆμα τοῦ πράγματος, ἀγανάκτεις· εἰ δ' ἀπανταχοῦ τὸ δμοιον, κατάθες ἡρεμῆν ἐπιτρέψας τοῖς γογγύζουσι χεῖλασιν.

es usus, ut succenses! Mili ea quæ peraguntur et lactentium testatur¹¹ laudem perfectum iri: ac nisi cum ea rem ipsam congruere compereris, tunc succenseas licet. At si omnia consonare vi-

Ὁὐδ' ἐκεῖνο ἄρα σοὶ κατὰ πόδας ἱστάμενον εὐδηλον, ἦδη πρὸς μεγάλην γωνίαν τῆς ἀλύτου οἰκοδομῆς γιγνομένου, οὗ σὺ λίθου φαύλου εἶ ἀποδοκιμαστής, τὸ πανταχόθεν αὐτοῦ δεξιὸν δι' ἀδελφίαν γνώμης ἰδεῖν οὐ δυνάμενος· καὶ διὰ τοῦτο ἀδοκιμάζων τοῦ σου οἴκου, οὗ τὸ σαθρὸν ὅσον οὐπω ἢ κατάλυσις παραγινομένη ἐλέγξει· εἰς αἰώνιον ἄλλην καὶ θεῖαν ὄντως οἰκοδομήν τοῦ ἐνείμου καὶ ἐκλεκτοῦ παραλαμβανομένου λίθου· ἦν καὶ λαμπρῶνας τοῦ αἰ-

¹¹ Matth. xxi, 16. ¹² Psal. viii, 5. ¹³ Psal. cxvii, 22.

VARIÆ LECTIONES.

^h συνείναι.

ματος τῆ βαφῆ, εἰ; οἶκον ἄγιον ἀνύσει; τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, τῶν πρὶν εἰς οὐδὲν χρησίμων, καὶ ἀπερρίμμένων συναχθέντων, καὶ καλῶς ἐν αὐτῷ ἀρμολογούμενων, καὶ σοῦ μὲν ἀπορρήγνυμένου καὶ καταπίπτοντος, τῶν δὲ ἀνισταμένων καὶ οἷα νόμφης τῷ καλῷ προσαρμολογούμενων νυμφῶ. Οἷς καὶ λίαν συμβαίνοντα σήμερον ὁρᾶται τοῦ προφήτου τὰ ῥήματα, χαίρειν προτρεπομένου τοῦ πραέως παραγινομένου Βασιλέως, καὶ τὴν παρούσαν τιμᾶν τῆ παιδρότητι. Καὶ μέντοι γε καὶ συνίᾳσι τοῦ κήρυκος, καὶ ἄσμενοι τὸν ἐφ' ᾧ σῶσαι παραγεγονότα δεχόμενοι, τέρπονται τέρψιν δυνως ἡδουάτην τε καὶ οὐ λήγουσαν · λαμπρᾶ καὶ γλώσση καὶ φωνῆ βοῶντες, ἃ τοῖς πάλαι θεοβόρημοσι εἰς τὰ παρόντα προανεφωτήθη · *Εὐλογημένος εἰ, ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου · ὡσανεὶ ἐν τοῖς ὑψίστοις*. Εὐλογημένος εἰ, ὁ ῥήματι στίξας τὴν τοῦ ἁδοῦ γαστέρα, καὶ τετραήμερον τὸν φίλον ὡς ἐξ ὕπνου ἐγεῖρας. Εὐλογημένος εἰ, ὁ ἔνω μὲν θεοπρεπῶς Χερουδικῷ ἔρματι ἐποχούμενος · κάτω δ' ὡς ἀνθρωπος ἐπὶ πάλου θνου ἐν εὐτελεῖ καθήμενος σχήματι. Εὐλογημένος εἰ, οὗ ἁδης μὲν νῦν ἐτρόμαξε τὴν φωνὴν ἀκούσας · μετὰ βραχὺ δὲ νεκρωθήσεται ὑποδεξάμενος ὡς νεκρὸν. Εὐλογημένος εἰ, τοῦ θανάτου ἀναιρέτης, ὁ τὴν ζωὴν ἐξαστράπτων · ὁ τῷ πλάσματι ἰδίου σταγόνιν αἵματος βοηθήσας · ὁ πάθει τοῖς σοῖς τὸν ἀνιάτως πάσχοντα θεραπεύσας. Εὐλογημένος εἰ, ὁ πάλαι μὲν ἐν Βηθανίᾳ ὑπὸ τῶν παιδῶν ὑμνούμενος, νῦν δ' εἰς πάντα τὰ πέρατα δοξολογούμενος · ὁ τὴν ἡμετέραν ἀσχέμονα μορφήν εὐδοκίας ἀναλαβέσθαι, ἵνα διὰ τῆς εὐπρεπειᾶς εἰς τὸ πρῶτον κάλλος τὸ ἡμέτερον ἀσχημον μεταποιήθῃ. Ὁ καὶ ἡμέτερον προσένεξιν πάλω καὶ πασι σχηματίζων πάλαι, τῷ μὲν κάθη, τὰ δὲ διοικονομῆ φέρειν σοι τὴν εὐφημίαν. Δι' ὧν γὰρ ἡμᾶς ἐμελλες προσάγεσθαι ἀλογία βιούντας, καὶ τῆς εὐσεβείας θρέψειν τῷ γάλακτι, τοῦτοις τὸ μυστήριον σχηματίζεις. Ἀλλὰ γε παγκάλῃ χορεία τῶν θεολόγων νηπίων παριστάσα τῷ Πνεύματι, συνέρταξ καὶ συνεργάζου τὴν εὐφημίαν. Πάλαι μὲν γὰρ τῶν φωνόντων πρεσβυτέρων στηλιτευομένης τῆς φρενοδλαθείας, οἷς ἐπὶ τὸν πῶλλον τὸν πρᾶδν ὀχούμενον ἐτιμᾶτε Βασιλεῖα, ἀκουῶν ἐδοκεῖτε πρὸς θεομαχίαν τοὺς σφαγίας ταῖς ὑμετέραις γλυκελαῖς φθαῖς, στενοχωρουμένων τῶν πικρῶν καρδιῶν · νῦν δὲ γογγυσθῆς οὐδαίς, οὐδ' ἐπὶ τοῖς ὕμνοις δακνόμενος, οὐδὲ χρώματι σκυθρωπῷ τῆς ἑορτῆς τὸ φαιδρὸν ἐνουβρίζων · ἀλλὰ πρίπουσαν ἀληθῶς Δεσπότην δεικνύοντες τὴν συνέλευσιν, καὶ τῷ νικητῇ τοῦ θανάτου καὶ διώκτῃ τῆς σκυθρωπότητος, φαιδρᾶ καὶ καρδίᾳ καὶ γλώσση προστρέχοντες · συχαίροντες μὲν, ἄρτι βίβαντι τὴν ἐκ τάφου δυσωδίαν τῷ εὐκλειᾶ Δαζάρω, καὶ τὴν κοινὴν τοῦ γένους ἀφθαρσίαν μ-

A divinam structuram assumatur, quam et proprii sanguinis liquore præclare tinctam, in domum sanctam Deo et Patri perficiet : iis, quæ antea abjecta ac nullius commodi erant, congregatis, ac pulchre in ipso coagmentatis, te quidem diffracto et ad ima detruso, his vero excitatis, ac instar sponsæ pulcherrimo sponso conjunctis. Quibus etiam bodierna valde congruunt prophætæ verba ²⁴, quibus mansueti Regis adventu gaudere monet, ac præsentiam læto splendore honorare. Sane vero etiam præconis vocem intelligunt, libentesque eo adventantem sine suscipientes ut salutem conferat, delectatione vere suavissima ac nunquam cessatura perfunduntur : claraque tum lingua, tum voce, ea clamant quæ a divinis olim interpretibus in tempus præsens fuerant prædicta : *Benedictus es qui venis in nomine Domini ; hosanna in excelsis* ²⁵. Benedictus es, qui verbo inferni ventrem scidisti, ac amicum quadriduam quasi ex somno excitasti. Benedictus es, qui Cherubico curru, ut Deum decet, in cælis inveharis ; quique pullo asini, vili habitu, insidens in terra conspiceris. Benedictus es, cujus nunc quidem audita voce contremuit infernus ; idem ipse brevi postmodum perimendus, cum ut mortuum te suscepit. Benedictus es, mortis occisor, vitæ splendens fulgores, qui figmento tui guttis sanguinis opem tuleris ; qui passionibus tuis eum curaveris, cujus esset morbus passioque immedicabilis. Benedictus es, qui olim quidem a pueris in Bethania fueris celebratus, nunc vero omnibus terrarum ditionibus decanteris, qui deformem nostram formam assumere dignatus sis, ut decore nostram deformitatem (24) ad priorem venustatem reduceres : qui etiam nostram reductionem ac conciliationem, pulli olim ac puerorum symbolis designans, alteri quidem insides, hos vero ut laudes tibi concinant, impellis. Quod enim nos, in bruti morem vitam agentes, conciliaturus esses ac pietatis lacte nutriturus, hisce utrisque mysterium adumbras. Ast, o pulcherrime infantum theologorum cætus, chorusque, qui Spiritu assistis, una nobiscum laudes celebra atque concinna. Nam olim quidem seniorum cædem spirantium nota publice vesania, quod pullo vectum mansuetum Regem honore coleretis, dulcibus canticis vestris siccarios, ut infensis in Deum animis essent eumque oppugnarent, visi estis excitare, nimirum coangustatis amaro felle eorum pectoribus ; nunc vero abest omnis murmurator, nec est qui laudes iniquo animo ferat : nemo est, qui festi lætiam facienti tristi ac tetrica specie injuria afficiat : sed omnes ea, qua decet alacritate, in Domini gratiam conve-

²⁴ Zach. ix, 9. ²⁵ Luc. xix, 38.

NOTÆ.

(24) *Nostram deformitatem*. Τὸ ἡμέτερον ἀσχημον. Plane animæ, non corporis informitatem, ut male reddit interpres, mirorque viro docto sic excidisse : ac quanquam in Christo corpus ac caro haud raro pro tota humana natura accipiuntur,

συναίτων κοίτησιν τῷ Πατρὶ τῆς τοῦ Πνεύματος

NOTÆ

(11) *De meo accipit.* Hic ex professo disputare
aggreditur. Cum his verbis Spiritus processionem
a Filio Scriptura doceat, ad eorum vim aliena in-
terpretatione eludendam ingenium acciunt adversa-
rii. Quorum antesignanus Photius ita explicat in
epistola ad episcopum Aquileiensem, ac si ἐκ τοῦ
ἐμοῦ significaret *ex meo Patre*: οὐ γὰρ εἶπεν, ἐξ
ἐμοῦ, ἀλλ', ἐκ τοῦ ἐμοῦ· δηλον, ὅτι Πατὴρ· non
enim dixit *ex me*, sed *ex meo*, scilicet *Patre*. Quam
explicationem sensus, et Scripturæ contextus non
admittunt, satisque jam refutata est. Aliam vero C
Leonem molitum esse discimus ex hoc loco, nempe
accipere de meo, idem esse ac *eadem præstare*: qui
probe quidem ἐκ τοῦ ἐμοῦ non ad Patrem, sed ad
loquentem Filium referendum fatetur; at quam ine-
pte, quam procul ab omni loquendi usu, et a qua-
cunque sanctorum Patrum interpretumque doctrina,
explicat *accipere pro imitari*, seu *facere*! ita ut, cum
legimus *accipit*, non, quid accipiat, exquirere de-
beamus, sed quid faciat. Quod si *accipere est imi-*
tari, sive *exemplum accipere*, cum, qui exemplum
ab alio accipit, cognitionem simul accipiat, cum-
que in divinis idem sint cognitio, ac essentia, jam
si cognitionem a Filio Spiritus accipit, accipit et
essentiam. Præterea cum dicimus, ea, quæ Filius
facit, et Spiritum facere, de externis actionibus
toti communibus Trinitati intelligimus: nihil ergo
hoc ad Christi verba *de meo accipit* facit, quibus
cum personaliter locutus sit, falsum eo sensu est,
quæ Filius agit, et Spiritum agere. Falsa itidem
ratio est, quam affert a similitudine depromptam,
et Joannis quinti capitis versiculum decimum no-
num respicientem. Cum enim dicitur Filius facere,
quæ videt facientem Patrem, de operationibus in-
telligendum est a Trinitate profectis, minime vero
a personis singulis. Quid autem hoc cum genera-
tione Patris? An exinde Filius a Patre non genera-
tur? Joannis locum illum sufficit inspicere, ut stam-
tim pateat, quam intemptiva Leonis illatio sit; ante
ea siquidem verba dictum non fuerat, *Filium acci-*
pere a Patre, sed *a se ipso Filium nihil facere*: ποιεῖν
ἑαυτοῦ οὐδὲν.

(12) *De meo accipit.* Per hæc, non videtur auctor
discussa nuper interpretatione sibi magnopere sat-
isfecisse: aliam enim subdit; nempe *accipit de*

etiamsi æquitatis, et moderationis exemplum, ut
alibi, ita et hic humiliter loquendo exhibuit. Ita
igitur verba nullam, ut Spiritus inferior censeatur,
occasionem præbent, nisi iis forte, qui recta omnia
perturbare student; sed consubstantialitatem, et
gloriæ communionem, quam Filius habet cum
Patre, eandem et Spiritum habere declarant.

De meo accipit (11): quomodo ex his, quæ ille
habet, accipit? quia quæ Filius facit, ea et Spiritus
facit: sicuti Filius accipit a Patre, quia, quæ videt
facientem Patrem, facit.

De meo accipit (12). Per hæc verba non significa-
tur communicatio quædam, cujus indigens sit, sed
concordia, ac consensus inseparabilis.

Neque vero, quod nunc eorum audet innovatio,
(13) qui Spiritus novum esse inducunt, ex Filio
scilicet processionem Spiritum accipere, ea verba
docent: hoc enim modo unum ejus principium in
principia plura (14) perperam student convertere.
Non equidem novi, quidnam eos in hanc sententiam
perduxerit: an Filium in Spiritus processionem
intrudant, ut eum simul cum Patre concausam (15)

meo significare *concordes*, et *consentientes* sumus,
quæ futillior est, quam refelli mereatur. Cæterum
indigentiam in sancto Spiritu neque nos profecto
agnoscimus ullam, sicut Græci in Filio non agnos-
cunt, quamvis a Patre esse sciant: cum hæc in
divinis ordinem tantum, ac relationem importent,
nec prohibeant unam et eandem trium personarum
naturam esse.

(13) *Eorum innovatio.* *Neωτεροποιίαν* nobis ex-
probrare solent: ac si Basilius, Cyrillus, Athana-
sius, Gregg, Nyssenus, et Nazianzenus, Chrysosto-
mus, Epiphanius, et quotquot in opusculis ab Ar-
cadio, et Allatio collectis laudantur, et congerun-
tur, ut Augustinum, Latinosque cæteros missos fa-
ciamus, inter veteres Patres censendi non sint.

(14) *Principia plura.* Græcorum scopolus hic
error est, putantium scilicet in *πολυαρχίαν* nos in-
cidere. Hinc in Joannis Zonaræ canone hæc inter
hæreses numeratur. *Ἐκπάσαις, ὧ Παρθένος, πολυμῆν*
τὴν σὴν, καὶ δεϊνῆς ἀποστήσαις αἰρέσεως τῶν Ἰτα-
λῶν, δύο μὲν ἀρχὰς ἐπὶ τῆς μίαις δογματιζόντων φύ-
σεως, Πνεύματος διττάς δὲ τοῦ παντουργοῦ λεγόντων
ἔκπορευσεῖς, ἕξινως καὶ ἀσυνήθως. Protegas, Virgo,
ovile tuum, atque a gravi Italorum hæresi averias,
qui in natura una duo statuunt principia, duasque
Spiritus cunctorum opificias processionem ponunt, ab-
surde, ac nove. Verum perpendant schismatici, de-
precor: si eos interpellem, an creatio a Patre tan-
tum peracta sit, abnuent statim, et a tribus perso-
nis docebunt præstitam: at si ex hoc inferam, non
unam ergo, sed plures creationis causas esse, irri-
debunt; cum personas tres constet in divinis cau-
sam efficere. Cur igitur Pater, et Filius non
unum, sed duo sancti Spiritus principia constituent?
et qui fieri potest, ut de extrinsecis operationibus
ita ratiocinantes, tam diverse de intrinsecis, quibus
ea doctrina fortius aptatur, ratiocinentur? Cæterum
ideo in causam unam tres coalescunt personæ, quia
sunt unus Deus, et quia cum secunda, et tertia
prima sint, et ipsissimam cum ea creandi actionem
et perfectionem habeant, nullo modo possunt aliam
causam efficere: quæ rationes et in processione
actione pariter militant Filio communicata.

(15) *Concausam.* Nomen *causæ* in divinis Latini
refugiunt, pavegtes, ne dependentia, ut loquimur,

faciant, vel hoc Patri eripiant? Si enim Spiritus (16) ex Filio esset, cur non et ex se ipso esset, cum omne, quod Patris et Filii est, Spiritus etiam sit? Sed ulterius id etiam consequitur, non solum non esse ex Filio, verum etiam neque ex Patre. Qui enim ex se ipso habet esse, quamvis alia indiget causa? Rursus si æquipotens (17) Spiritus est, quomodo et Filius ex eo non est, sicut is est ex Filio? aut enim non ejusdem virtutis est, utpote accipiens, et non dans, aut si vere est, necesse est, ut Filius etiam aliquid habeat ex Spiritu, sicuti Spiritui aliquid ipse dat. Cur autem hoc (18) tantum Spiritui aufertis, nempe quod ex se ipso sit, non auferentes alia, quæ Filio insunt, et Patri? Nam vel alia quoque ipsi adimenda sunt, ut blasphemia magis pateat, vel neque id adimendum, quod ex se ipso sit. Quænam enim hæc de uno tantum privatio? Deinde Spiritus (19) ex Patre et Filio procedens, et a persona Patris per proprietatem suam distinctus, quomodo minor non erit Filio, cum hic esse habeat a Patre, ille vero, alia causa superaddita, etiam a Filio? Quod si quæcumque Filius habet, a Patre accipit, ab eo etiam accipiet, quod ex ipso procedat Spiritus. Cur ergo dandum est Filio, quod ex ipso procedat Spiritus, Spiritui vero neque illud dandum, ut ex se ipso procedat, neque illud, ut generationis Filii particeps sit? Rursus si major (20) est Pater, quia Filii causa est, major erit et Filius, cum causa Spiritus sit. Patet ergo, Spiritus personam imminui, Filio quidem in unam causam relato, Spiritui vero in duas. Quod si ex hoc major Spiritu statuitur Filius, major etiam in sanctum Spiritum, quam in Filium, blasphemia censenda est. Hoc enim ipsum Servator noster docuit, nempe blasphemiam in Spiritum sanctum neque in hoc sæculo remitti, neque in futuro ¹⁵.

ὁ Σωτὴρ τὴν εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημίαν εἶναι δίχης εἰπών.

¹⁵ Matth. xii, 32.

προβολῆς, ἢ ἵνα καὶ τὸν Πατέρα τοῦτο ἀφαιρήσω-
ται; Εἰ γὰρ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, πῶς οὐκ ἂν εἴη
καὶ ἐξ ἑαυτοῦ, ἐπειδὴ πᾶν ὅπερ ἐστὶ Πατὴρ καὶ
Υἱοῦ, τοῦτο καὶ Πνεύματος; Εἶτα τί; Συμβαίνει μὴ
μόνον μὴ εἶναι ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ μηδὲ ἐκ τοῦ Πα-
τρός. Ἐὰν γὰρ ἐξ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι, τοῦτω τί δέοι ἐτέ-
ρωθεν αἰτίας; Ἔτι εἰ ὁμοδύναμον τὸ Πνεῦμα, πῶς
οὐκ καὶ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πνεύματος, ὡς περ ἐκ τοῦ
Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα; Ἡ γὰρ οὐκ ὁμοδύναμον αὐτῷ, λαμ-
βάνον, οὐ διδοῦν, ἢ εἴπερ ὁμοδύναμον, ἔξει τι καὶ ὁ
Υἱὸς τοῦ Πνεύματος, ὡς περ τῷ Πνεύματι διδωσιν
αὐτός. Πῶς δὲ καὶ τοῦτου μόνου στερεῖται τὸ Πνεῦμα
τοῦ εἶναι ἐξ ἑαυτοῦ, μηδὲν τῶν ἄλλων ἀφαιρούμε-
νοι, ἃ Πατρὶ πρόσσει καὶ Υἱῷ; Ἡ γὰρ καὶ ἐτέρων
στεροῖτ' ἂν, ἵνα ἢ περιφανεστέρα ἡ ὕβρις, ἢ εἰ μὴ
ἄλλων, μηδὲ τοῦ εἶναι ἐξ ἑαυτοῦ. Τίς γὰρ ἐπὶ μόνου
τούτου ἢ ἀποκλήρωσις; Εἶτα Πατὴρ καὶ Υἱοῦ τὸ
Πνεῦμα προῖδν, καὶ προσθήκη ἰδιότητος τῆς Πατρι-
κῆς ὑποστάσεως διακρινόμενον, πῶς οὐκ ἑλαττον
συμφυτὰς καὶ οικειότητος τοῦ Υἱοῦ ἔξει πρὸς τὸν
Πατέρα, εἴπερ ὁ μὲν Υἱὸς ἐκ Πατρός ἔχει τὸ εἶναι,
τῷ δὲ καὶ τοῦ Υἱοῦ αἰτίου προστίθεται; Εἰ δὲ καὶ
πάντα ὅσα ἔχει ὁ Υἱὸς, ἐκ τοῦ Πατρός λαμβάνει,
ἐκεῖθεν ἂν εἴη καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορευέ-
σθαι. Τίς οὖν ἡ φιλοτιμία, δοῦναι μὲν Υἱῷ ἐκείνου
προῖναι τὸ Πνεῦμα, τῷ Πνεύματι δὲ μὴ δοῦναι, μήτε
τὴν ἑαυτοῦ ἐκπόρευσιν, μήτε μὴν τῆς τοῦ Υἱοῦ με-
τέχειν γεννήσεως; Καὶ εἰ μείζων ὁ Πατὴρ τῷ εἶναι
αἰτίος τοῦ Υἱοῦ, μείζων ἂν εἴη καὶ ὁ Υἱὸς τῷ εἶναι
αἰτίος τοῦ Πνεύματος. Καὶ πῶς οὐκ ἂν λάθοι ἡ τοῦ
Πνεύματος σμικρυνομένη ὑπόστασις, τοῦ μὲν Υἱοῦ
πρὸς ἓν αἰτίον ἀναφερομένου, τοῦ Πνεύματος δὲ
πρὸς δύο τὴν ἀναφορὰν ἔχοντος; Καὶ εἰ ἐκ ταύτης
τῆς ἀκολουθίας μείζων τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱὸς, πῶς
ἢ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα βλασφημία μὴ μείζων τῆς
εἰς τὸν Υἱὸν βλασφημίας; Τοῦτο γὰρ ἐδίδαξαν
καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ἀφικτῶν

NOTÆ.

arguatur. Græci Patres adhibent passim, personarum ordinem respicientes; nec de Patre tantum, sed et de Filio. Hinc in Florentini Concilii decreto, quem Græci αἰτίαν, Latini principium dicunt. Filium etiam Spiritu sancto majorem (ratione scilicet causæ, seu principii) Græci vocant. Vide Græciam orthodoxam tom. II, pag. 748, qua locutione minime utuntur Latini, apud quos durius sonat. Licet propterea animadvertere, quæm injuria insimulemur a Photianis, tanquam sancti Spiritus dignitati non consulentes, cum ex his pateat, de ea multo magis anxios ac sollicitos nos esse, quam Græcos. At qui causam recipiunt, concusam etiam, ut hic Leo loquitur, videntur posse recipere. Nunquam tamen Patres συνάτιον dixerunt Filium, tum quod minus congruat, ubi causa est una, tum quod Pater causa sit προκαταρχική, primaria, primigenia, originalis. Quod esse accipiant a Patre Filium, et Spiritus, Catholici Græci dicunt, sed Filius γεννητός, Spiritus ἐκπορευτός.

(16) Si enim Spiritus. Fallaces istæ illationes in mendaci supposito nituntur, nota septima jam everso et disjecto.

(17) Rursus si æquipotens. Arguit: Eadem Spiritus

tus virtute potentiaque pollet ac Filius, ergo si Spiritum Filium emitit, et Spiritus Filium emittit. At ego similiter arguam: Æquipotentes sunt Pater et Filius; ergo si Pater Filium generat, et Filius Patrem. Ridiculæ ratiocinationes: nempe generatio, spiratio, productio, non potentia sunt opera, sed personalium proprietatum.

(18) Cur autem hoc. Errores cumulat auctor hoc loco. Nec Spiritus enim, nec Filius sunt a se, sed a Patre.

(19) Deinde Spiritus. At Pater Filiusque, si eos ut sancti Spiritus principium consideres, unum sunt; unus siquidem spiritus, et una spiratio. Quæ sequuntur, jam diluta sunt. In generatione Filii nullus Spiritui sancto locus, cum exeat a personali proprietate Patris, quia Spiritus Filium supponit, cum sit Spiritus non Patris tantum, sed et Filii: Ἐξάπτεσταιν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. Galat. iv, 6. Quid clarius?

(20) Rursus si major. Quoad essentiam et naturam Spiritus Filio est æqualis, ordine et origine minor: at sicut duas habere causas non consequitur, ita nec duos habere majores. Cætera satis refutata sunt.

'Αλλ' ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, καὶ ποῦ τὸ Α τῆς μοναρχίας εὐσεβές; πῶς δὲ οὐ πολυαρχία χώραν λάθοι; τί γὰρ κωλύσει κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐτέρου αἰτιον εἶναι, καὶ ἐκεῖνο πάλιν ἐτέρου; καὶ οὕτω πάλιν τὸ πολυάρχον ἀνακύψει. Ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεται, καὶ πῶς ὁ τὸν Πατέρα γινώσκων, καθὼς ἐκεῖνος τὸν Υἱὸν γινώσκει, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, φησὶν, ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται; 'Αλλ' ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὴν αὐτὴν πρόοδον, ἢ τοῦ Πατρὸς ἐτέραν; 'Αλλ' εἰ μὲν τὴν αὐτὴν, τί δεῖ τῆς ἀμφοτέρων προβολῆς, ὑπαρχούσης ταύτης; εἰ δὲ ἐτέραν μὲν Πατρὸς, ἐτέραν δὲ Υἱοῦ, ἀλλὰ τὸ ἐξῆς σιωπάσθω. Τί δέ; τίς μᾶλλον αἴτιος, ὁ Πατήρ, ἢ ὁ Υἱός; 'Αλλ' εἰ μὲν ὁ Πατήρ, πῶς τὸ μᾶλλον ἔχων, τοῦ ἡττονος ἐνεδίησεν; εἰ δὲ ὁ Υἱός, οὐ μόνον ὡς ἔοικεν τῆς αἰτίας τοῦ Πνεύματος κοινωνεῖ τῷ Πατρὶ, ἀλλὰ καὶ μόνος αὐτὸς ἀντὶ τοῦ Πατρὸς τοῦ Πνεύματος αἴτιος. Ἐἴτα εἰ ἐκπορεύεται τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, πῶς οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ τοῦτο δίδωσιν ὁ Υἱός; καὶ πῶς πάντα λαμβάνει παρὰ τοῦ Πατρὸς; καὶ τίνα τρόπον οὐ δίδωσι

¹⁸ Joaſ. x, 15; xv, 26.

Ex Patre igitur et ex Filio Spiritus? ubinam unius principii religio? nonne pluralitas principiorum locum inveniet? quid enim hoc modo prohibet, (21) Spiritum quoque alterius causam esse, istumque iterum alterius? ex quo pluralitas principiorum rursus excitatur. Ex Patre, et ex Filio Spiritus procedit? quomodo ergo qui Patrem agnoscit, sicut ille Filium novit, spiritum veritatis, inquit, qui a Patre procedit (22) ¹⁹? Ex Filio procedit Spiritus? peto, per eandem ne (23) processionem, an per aliam? si per eandem, quid indiget processionem ab ambobus illa posita? si vero alia est Patris processio, et alia Filii, sileatur, quæso, quod inde consequitur. Quid enim? uter magis causa est, Pater, an Filius? si Pater, quomodo qui major est, minoris indiget? si Filius, jam sequitur, non tantum causam esse simul cum Patre, sed ipsum solum loco Patris Spiritus causam esse. Præterea (24) si a Filio Spiritus procedit, quomodo hoc non dat Filius ex se ipso? et quomodo omnia accipit a Patre? Dices, hoc ex Patre habet, et ab eo accipit tanquam

NOTÆ.

(21) *Quid enim prohibet.* Hæc est Leonis argumentatio: Si præter Patrem est qui causet, seu producat, non modo producat Filium, sed et Spiritus, et producat iterum, qui a Spiritu producit. Quid hoc autem est, nisi in principiorum pluralitatem delabi? Ita oppugnanti respondemus: ideo Filium emittere Spiritum, quia virtutem spirativam a Patre habet, Spiritum autem alium Spiritum spirare non posse, quia virtus spirativa in ipso Spiritu sancto terminum habuit suum: sicuti Filius alium Filium non potest gignere, quia virtus generans in ipso Filio effectum et complementum obtinuit.

(22) *Qui a Patre procedit.* Misere hoc Joannis loco exsultant Photiani, ac si quod Christus hic non exprimit, negaret, et nulla alia, quibus hoc dogma explanaretur, in sacris paginis documenta haberentur. Pro negatione silentium accipiendum non esse in Matthæi locus, quem Leo noster attulit paulo ante, satis ostendit: Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱός: *Nemo novit Patrem, nisi Filius.* In eo enim Spiritus sanctus non modo non memoratur, sed videri possit minus circumspicuis, a Patris agnitione excludi: quod tamen ipsi Græci nequaquam inferunt; quin ex adverso hæc oratione ipsa præ sancti Spiritus notione strenue auctor pugnat.

(23) *Per eandemne.* Per eandem procul dubio; nam ad spirationem efficiendam ambo requiruntur. Ineptissima est instantia subsequens, uter eorum magis sit causa, ubi ex ambobus sit causa una. Mirum est, in quam frivola delabi cogantur, qui hanc hæresim student protegere.

(24) *Præterea.* Iterat jam dicta, et abunde confutata. Filius nihil ex se dat, cum nihil ex se habeat. Spiritus essentiam recipiens vim etiam causæ recipit, sed quam personæ et Trinitatis ratio patitur, nempe erga æternam.

Atque hæc tandem argumenta sunt, quæ in hanc quæestionem sapiens ille, uti volunt, imperator magno ingenii conatu collegit: in qua si nominis sui rationem minus videbitur implevisse, non ipsi quidem, sed desperatæ destitutæque omni ratione atque auctoritate causæ imputemus. Subsistant hic, si erunt, qui perlegant, Græci Græciam incolentes, seseque colligentes, agnoscant aliquando, quam inanibus, quam sophisticis captiunculis, et

ratlocinationibus primi illi erroris coryphæi, religionis facie ac nomine, cupiditates atque odia prætexentes, eo inclutam gentem adegerint, ut cum religione famam, imperium, aliisque olim traditas jam pene amiserit litteras.

Panagiotēs meus Sinopensis, vir ingenio et doctrina præstans, Schismaticis opinionibus præventus appulsi. Græcis tunc præerat Tipaldus episcopus, doctus profecto, et catholicorum omnium dogmatum defensor eximius. Is Panagiotem inflexit et ad rectam sententiam eduxit; quin acerrimum Latinorum dogmatum propugnatores reddidit; id vero nequaquam disputando, aut loquendo assecutus est, sed unice Græcos antiquos Patres tradendo, utque eos attente perlegeret jubens, et, quinam præcipue ex eorum libris evolviendū essent, indicans atque ostendens. Dialecticis profecto tricus ita involvi et hoc, et quædam alia dogmata possunt, ut ingenio minus perspicaci præditis vix emergere liceat: verum Scripturæ, et veterum Patrum dilucidis verbis emicat statim rei veritas, atque effulget. Doctiores etiam magnumque nomen inter recentes Græcos consecuti, Bessario, Allatius, Arcudius, Papadopulus consulantur. Vox *Filioque* immerito additio dicitur, cum mera explicatio sit: si reit novam induceret, tunc vere additio dicenda esset.

At non desunt inter schismaticos, qui Latinos quarti et quinti sæculi Patres non ut posteriores de S. Spiritus processionem locutos esse, contendant. Adeant hi, quæso, adeant saltem S. Augustini, quem ipsi quoque revereri non abnuunt, libros de Trinitate. Reperient in xv. *In illa summa Trinitate, quæ Deus est, intervalla temporum nulla sunt, per quæ possit ostendi, aut saltem requiri; utrum prius de Patre natus sit Filius, et postea de ambobus processerit Spiritus sanctus; quoniam Scriptura sancta Spiritum eum dici amborum.* Deinde: *De utroque autem procedere sic docetur.* Et paulo post: *Qui potest intelligere sine tempore generationem Filii de Patre, intelligat sine tempore processionem Spiritus sancti de utroque.* Et rursus: *Intelligat, sicut habet Pater in semetipso, ut de illo procedat Spiritus sanctus, sic dedisse Filio, ut de illo procedat idem Spiritus sanctus.* Eadem videbunt in tractatu xcix de Evangelio S. Joannis.

a causa : at quomodo ipse quoque causato pariter a se Spiritui hoc non dat, ut causa sit ? ut sicut ipse causandi privilegio gaudet, ita Spiritus hoc honore minime destituatur ? Neque enim dicent, hoc Patrem prohibere, cum ex eorum sententia id quoque communicet Pater, quod sibi soli peculiare est.

At hæc quidem extra viam, ut dici solet, ad novitatem arguendam. Vos autem melioribus cogitationibus præditi, libertatem ne abjiciatis, et corruptionis servitutem nolite iterum subire, illius imperium, qui in libertatem vos asseruit detrectantes. At repugnant illi. Agant quod ipsis lubet : perversitatem quidem sententiæ suæ tunc intelligent, cum infandæ blasphemiæ rationem reddentes ineluctabilis circumstistet furor. At nos adoptione illustres, et adoptantis cultum probe callentes, tanquam filii Dei, consubstantiali ejus Spiritum veneremur ; lumen verum orbem illuminans, rectum et ad rectitudinem salutis in obliquis perditionis viis errantes ducens, bonitatem largiens, beneficia effundens, et fontem sanctitatis incomprehensibilem, quem participantes spirituales intelligentiæ statim sanctificantur : quamvis ob voluntatis malitiam tenebrosus, impurusque evaserit, quia a Hierarchia Cœlesti abscissus est. Cæterum creaturæ reliquæ pulchritudinis ejus, et sanctitatis communicatione decorantur. Hinc enim est, ut omnia valde bona sint, et vocentur, a Patre quidem per Filium creata, communicatione autem sancti Spiritus ad perfectionem erecta ¹⁷. Quæ etiam si superveniens peccatum fœdaverit, denuo a Spiritu sancto ornata, meliori quam antea conditione renovata sunt : prius enim corruptioni fuerunt obnoxia, nunc vero superiori conditione gaudent.

Ἐπεισελεύσων ἀμαρτίαν ἀπειρήτῃ φθορᾷ γενέσθαι, ἀμείνων καταστάσει τῆς προτέρας ἀνακαινιζόμενα· ἀνώτερα συντριβῆς τὰ ἔργα.

Intelligis, inter servos computandum Spiritum non esse, per quem ad præstantiorem anteriori statum homo eductus est. Non enim amplius a corruptione metuendum, quam incorruptione per Spiritum sanctum inducta profligavit Verbum, et abolevit : idemque ob tantam victoriam paterno throno, a quo nunquam divulsus fuerat, insidens, consocium Paraclitum mist ; per quem cum ejus gloria paterneret, tum ad suam creatura manduceretur : pariterque ut disjectis jam a splendore Patris impietatis tenebris, a consubstantiali quoque, et illuminante Spiritu obscuri illustrarentur ¹⁸. Venit ergo in linguis igneis corporali simul specie, et divina : hac quidem ut divinitatem ostenderet, *Deus enim noster ignis consumens est* ¹⁹ ; illa vero, ut congenito Verbo rem congeneam ageret, corporaliter apparens, postquam ab eo corpus assumptum fuerat. In linguis venit, apto futuris rebus ænigmatè ; ut antea in Christi baptismate sub specie columbæ apparuit, diluvii peccatorum finem

καὶ αὐτὸς τῷ ἐξ αὐτοῦ αἰτιατῶ τῷ Πνεύματι γίνεσθαι αἰτίω, ἵνα ὡσπερ ἐκεῖνος τὸ τοῦ Ἰδίου αἰτίου ἔχει προνόμιον, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα μὴ ἄμοιρον ᾖ τῆς τοιαύτης τιμῆς ; Οὐ γὰρ δὴ γε τὸν Πατέρα κωλύειν ἂν τις εἴπῃ. Πῶς γὰρ ὄγε τὸ μόνον Ἰδίον αὐτοῦ κατὰ τὸν ὑμέτερον λόγον κοινοποιησάμενος ;

Ταῦτα μὲν ὁδοῦ, φασι, κάρτερρον εἰς ἐλεγχον τῆς νεωτεροποιίας. Ὑμεῖς δὲ τῶν ἀμεινόνων γενόμενοι λογισμῶν, μὴ τὴν ἐλευθερίαν ἀποδύεσθε, μηδὲ πρὸς τὴν δουλείαν τῆς φθορᾶς ἐλευσινῶς ὑποστρέφετε, οἷς ἔξαρνοι γίνεσθε τῆς δεσποτείας τοῦ δεσποτικῶς ἐλευθεροῦντος. Ἄλλ' οὐ βούλονται· ἐχέτωσαν ὡς προτιμῶσιν· οἱ μὲν εἰσονται τῶν ἐπινοιών τὴν δεινότητα, ἐπειδὴν αὐτοὺς τὰ ἀναπόδραστα δαινὰ περιστῆ, λόγον ὑπέχοντας τῆς εἰς τὸ Πνεῦμα ἀσυγχωρήτου βλασφημίας· οἱ δὲ τῇ υἰοθεσίᾳ καλῶς διαπρέποντες, ἐν τῷ καλῶς τὴν τιμὴν εἰδέναι τοῦ υἰοθετήσαντος, οἷα δὴ τέκνα Θεοῦ, τὸ συμφυεὲς αὐτοῦ Πνεῦμα θειάζωμεν, τὸ ἀληθινὸν φῶς, τὸ φωτίσαν τὰ πέρατα, τὸ εὐθὲς καὶ πρὸς εὐθύτητα σωτηρίας καθοδηγήσαν τοὺς πλανωμένους ἐν τριβόις σκολιαῖς ἀπωλείας, τὸ βρῦον τὴν ἀγαθότητα, καὶ τοὺς μετασχούσι τὸ ἀγαθὸν εὐχαριζόμενον, τὴν ἀκατάληπτον πηγὴν τῆς ἀγιότητος, οὐ μεταλαβοῦσαι τοῦ ἁγιασμοῦ ἀγιάζονται μὲν ἄρτι παρισύσαι πρὸς γενεσιν αἱ νοεραὶ δυνάμεις· εἰ καὶ διὰ σκαιότητα προαιρέσεως ὁ τῆς ἀγίας καὶ φωτιστοῦς ἀπερβλαγῶς τάξεως, βέβηλός τε ἅμα καὶ σκότος ἐγένετο· καλλωπίζεται δὲ τὰ μεταλήψει τῆς καλλονῆς τοῦ ἁγιασμοῦ τὰ λοιπὰ σύνδουλα κτίσματα· οὕτω γὰρ ἅπαντα ἴαν καλὰ ἔστι τε καὶ εἰρηται, δημιουργηθέντα μὲν παρὰ Πατρὸς δι' Ἰησοῦ, τελειουργηθέντα δὲ τῇ ἀγίᾳ τοῦ Πνεύματος μεταδόσει. Ἄ καὶ διὰ τὴν πάλιν ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος κατακοσμεῖται· εἰγε μετ' ἐκείνην μὲν συντριβῆ, μετὰ δὲ ταύτης

Ὁρᾷ δὴπως ὁ δούλον τὸ Πνεῦμα, τὸ τὴν κτίσι^ν εὐπρεπεστέραν ποιήσαν, ἥς μεταλήχει πρότερον καταστάσεως. Οὐ γὰρ ἐτι φθορὰ κατὰ ταύτης χωρεῖ, τῷ ἀναιρέτῃ λόγῳ προσομιλήσασα καὶ καταποθείσα, καὶ δι' αὐτοῦ ἐν ἀγίῳ Πνεύματι ἀφθαρσίας ἐγκαινισθείσης. Ὅς ἐπὶ τροπαίῳ τοσοῦτω πρὸς τὸν οὐ μὴ δίδστη θρόνον πατρῶον καθίσας, καὶ σύνθρονον Παράκλητον ἐξαπέστειλεν, ἅμα μὲν τὴν ἐκείνου δόξαν τρανώσαν, ἅμα δὲ καὶ πρὸς τὴν οἰκίαν τὸ πλάσμα χειραγωγῆσαν, καὶ ἵνα ἐν τῷ τοῦ Πατρὸς ἀπαυγάσματι τῆς σκοτομήνης τῆς ἀσεβείας ἐκκεχωρηκυίας, ἤδη καὶ ἐν τῷ ὁμοουσίῳ αὐτοῦ φωτιστικῷ Πνεύματι καταυγασθῶσιν οἱ ἀλαμπεῖς. Φοιτᾷ δὲ ἐν γλώσσαις πυρίναις σωματικῶς ὁμοῦ καὶ θεϊκῶς, τῷ μὲν, ἵνα τὴν θεϊότητα γνωρίσῃ· Πῦρ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν καταγαλλοσκον· τῷ δὲ τῷ συγγενεῖ λόγῳ πρᾶγμα τελῶν συγγενὲς, καὶ ποιούμενον τὴν παρουσίαν ἐν σώματι, ὡσπερ ἐκεῖνος ὥφθη μετὰ σώματος. Ἐν γλώσσαις δὲ ἐν οἰκίῳ τῶν ἐσομένων πραγμάτων αἰνίγματι· ὡσπερ πρότερον ἐν τῷ βαπτίσματι περι-

¹⁷ Gen. 1, 31. ¹⁸ Hebr. 1, 3. ¹⁹ Hebr. xii, 29.

στερᾶς ὡπτάνετο εἶδει τὴν λῆξιν τῆς ἁμαρτίας ἅ
κατακλυσμοῦ ἀπαγγέλλονται, εἰ καὶ ταύτῃ πρὸς τὸν
θεῖον Λόγον τῶν τελομένων ἀναφέρεται ἡ αἰτία,
δεικνύοντος τοῦ φανέντος εἶδους. Ὅτι τοῦ Λόγου ἔργον
ἡ τοῦ Πνεύματος ἀδόξος. Τάχα δὲ καὶ ἵνα τοῖς μα-
θηταῖς τὴν τῶν ἐπηγγελμένων ἐκπλήρωσιν ποιήσῃ,
ὡς συμπαρῶν ὁ Λόγος ποιῶν ὄρῳτο. Καὶ διδοῦς αὐ-
τοῖς ὡσπερ τὸ πρότερον συμπαρῶν εἶδιδου τὸ Πνεῦμα,
ἄλλοτε μὲν βήματι μόνῳ, ἄλλοτε δὲ ἐμφυσῶν τὸ δώ-
ρημα, αἰνιγματιζομένης τῆς οὐχ ὀρωμένης αὐτοῖς
παρουσίας τοῦ Διδασκάλου, δι' ὧν ἐν γλωσσῶν σημειῶ
τῆς θείας ἐπληροῦντο δυνάμεως. Καὶ μηδὲς ἐπιδρα-
μείτω δυσσεθῆς καὶ ἀνόητος, καὶ ὡς θηράματι τοῖς
εἰρημένους ἀνασοβίσθω, μηδὲ ὀργανικὴν τινα χρεῖαν
πληροῦν ὀριζέτω τὸ Πνεῦμα, ἐκ τῆς ἐν ἡμῖν τοῦ
λόγου καὶ τῆς γλώσσης σφαλόμενος διοικήσεως. Ἡ
οὕτω γ' ἂν οὐ μετὰ τῶν κτισμάτων τάξῃ τὸ Πνεῦμα,
ἀλλὰ καὶ μετὰ τῶν σωμάτων· καὶ προσέτι ἄνω καὶ
κάτω φύρειν τὸ πᾶν τῆς εὐσεβείας ἀπονενοήσεται.
Τί δ' ἡ βίαλα πνοή, ἡ τὴν σωστικὴν ταραχὴν τῶν ἐν
τῇ θαλάσῃ τῆς ἀθείας πλωζομένων κατασηνύει, καλῶς
θεογνωσίας λιμένα καταγομένων ὑπὸ τῶν ἐπιστημόνων
κυβερνητῶν, οἷς ἐπιδρυόμενον ὠρεῖται τὴν
ἐπιστήμην;

Τί λέγεις, ὦ τῶν θαυμασιῶν συκοφάντα, καὶ τῇ
ἀπονοίᾳ ἐκ μέθης δημιουργῶν τὰ παράδοξα; χλεύην
ποιῇ τὰ ὑπερφυῖ; καὶ τοὺς ἐμφορηθέντας τοῦ Πνεύ-
ματος ἐκ τῆς σῆς εὐθηνούσης ἀναισθησίας τὸ γλεῦ-
κος προφέρων μεθύσκεαι; ὡς λίαν σὺ νηφαλίως
ἔχεις, ὅς ἐφ' οἷς ὄρξῃ τὴν πρότερον σοὶ μόνῳ παρ-
ουσαν χάριν τοῦ Πνεύματος ἐπὶ πᾶσαν χορηγομένην
σάρκα, μὴ τρόπον περιβολῆς ταύτης παριεχόμενος,
μηδὲ μετανοίᾳ τὴν προλαβοῦσαν θεομαχίαν διδοῦς,
ἵνα μὴ θεῶν ὠρεῶν πλουτούντων ἑτέρων, οἱ μέχρι
νῦν πένητες καθεστήκασαν, σὺ ὁ πάλαι ταύταις πλου-
τῶν, ἐρημος καταληφθείης καὶ ἄπορος. Ἡδὴ γάρ
σοι πρὸς ἀνάβρουν χωρεῖ τὰ πρῶην καλὰ, καὶ σοῦ
πᾶσα μὲν ἐξῆμαί ὠρεᾶ, πᾶν δ' ἀφαιρεῖται τίμιον,
ἀντὶ δὲ τῆς πρότερον παρουσίας τῶν θεῶν ἐσχάτη
σε περιστοιχίει ἀπορία. Εἰς τοῦτο γάρ σε φέρει ἢ ἐξ
ἀρχῆς οὐ λήγεις φθόνον ἐγκυμονῶν, καὶ κατὰ τῆς
σῆς διεξοιδῶν σωτηρίας· ὅφ' οὐ καὶ νῦν στενοχωρού-
μενος, καὶ βῆσαι πάλιν τὴν συνήθη τῆς θεομαχίας
ὠδίνα βιαζόμενος, προάγγελον τῆς τῶν παλαμναίων
χειρῶν ἐπιχειρήσεως, τὴν τῶν δυσσεβῶν χειλέων λοι-
δορίαν προπέμπεις, ἀλλὰ κατὰ σεαυτοῦ παρατάξῃ.
Οὐ γάρ ἐτι τοὺς τοῦ Εὐαγγελίου φοβήσεις προμάχους,
οὐδὲ τῆς σῆς ἀπονοίας βίβει λόγον ποιουμένους, ἀλλὰ
τῆς ἀρετῆς καταλήθουσης ἐπ' αὐτοὺς πυρρῆς δυνά-
μεως ὑποκλήσθεντες, καὶ νηπίων ἀγῶνα τὸν σὸν
ἀγῶνα ποιούμενοι, καταπρήσουσι μὲν ἐπιπλέον σε
πυρπολούμενον τῇ μανίᾳ, τῆς δ' εὐσεβείας τὸ φέγγος
ἀπανταχῇ ἀναλάμψουσι. Γλεύκουσι εἰσι μεμεστω-
μένοι; Πυνθάνουσι τῶν ἐκ ὀφθαλμοῦ ἐκείνων τῇ διδα-
σκαλίᾳ σφραγισμένων, οἱ καθάπερ ἡδίστω βίοντι
νάματι τῷ ἐκείθεν δροσίζονται πόματι· καὶ νῦν μὲν
ἐὼς ὄρξῃ δῆμους ἀρούονται, μικρὸν δ' ὕστερον βίβει

nuntiantis. Ita vero in divinum Verbum harum
rerum causa refertur; ea forma connotante, Verbi
opus esse sancti Spiritus descensum²⁰. Fortasse
etiam, quæ discipulis promiserat, mens fuit perficere;
ac sicut cum ipsis degens Spiritum eis impertierat,
modo verbo tantum, modo etiam inspiratione, ita nunc
præstat, occultata Magistri præsentia, ob quam sub
linguarum figura divina virtute replentur. Nec impius
aliquis occurrat, aut demens, qui conturbetur ex
dictis, et errore ad usu linguæ, et loquelæ nostræ
desumpto, organicum officium quoddam Spiritum
perficere opinetur: nam hoc modo non inter creaturas
tantum, sed et inter corpora Spiritum collocaret, atque
insuper pietatem, ac religionem omnem susdeque
verteret. Quid enim aliud vehemens spiritus indicat,
quam salutarem illorum turbationem, qui in incredulitatis
pelago navigant, et a sapientibus nautis, quibus
insidens scientiam largitur, in portum cognitionis
Del perducuntur?

Quid loqueris, o calumniator miraculorum Dei,
incredibilia ebrietati præ amentia tribuens? risum
excitant, quæ naturam superant? et Spiritu sancto
repletis mustum insensate exprobras²¹, et ebrios facis?
An quidem sobrie te habes, qui cum videas Spiritum
gratiam tibi soli olim datam in omnem gentem
diffundi, mysterium non intelligis, nec penitentia
deicidium redimis; ne, cœlesti munere ditatis
cæteris, qui usque in hoc tempus inopia premebantur,
tu solus, qui olim eo fruebaris, ad egestatem
damneris atque ad orbitatem? Tibi jam præpostere
procedunt omnia; aufertur honor, dona evanescent,
et pro anteriori rerum divinarum affluentia extrema
pauperies te circumstetit. Ad hoc te adegit, qua
prægnans semper fuisti, ac etiamnum es, invidia,
vel in tuam ipsam salutem insurgens. Ab ea nunc
quoque excruciat, et perpetuum deicidii synderesin
novis sceleribus abrumperere cupiens, prænantilas
homicidarum manuum scelestæ vocis contumelias
emittis. At in te ipsum aciem instruis: non enim
in posterum Evangelium propugnantes deterrebis,
sed dementia tuam floccifacientes, et ignea
virtute super ipsos collapsa repleti, impetum
tuum tanquam puerorum certamen despicient,
fideique lumen ubique diffundentes, te rabie
jam percitum et incensum, vehementius adurent.
Ergone vino saturati sunt? eos percontare,
qui ad eorum doctrinam, tanquam a perenni
rivo irrorati, jam resipuerunt. Et nunc quidem,
quam cernis, turbam expiscantur: brevi vero
inundabitur universus orbis, verborum fluctibus
submergetur impietas. Talia præstat ad hominum
emendationem ebrietas hæc. O Deo inimicam amen-

²⁰ Act. II, 2. ²¹ ibid. 51.

tiam resipiscere nolentem, nec quiescere, ac Sal-
vatorem nostrum agnoscere!

τοσαῦτα ἢ παρούσα ἐπὶ σωφρονισμῷ τοῦ πλάσματος μέθῃ. Ὡς τῆς θεομάχου μέθῃς οὐ βουλομένης λῆξαι, οὐδ' ἀνατῆσαι, ὥστε ἐπιγινῶναι τὸν ἐληλυθότα σώσαι δεσπότην!

Verum eos, qui ob invidiam sensus amiserunt, atque ex eo prodigiorum horum intelligentia destituuntur, stupiditate sua perire sinamus. Nos vero a Spiritu sancto vivificati, sancteque immutati, cum recto sermone, tum piis gestis honorem illum, quo gaudet maxime, Deo exhibeamus. Mortuis affectuum operibus vacui simus; vivificam virtutum efficaciam operantem reddamus; foedam peccati faciem rejiciamus, divinam pulchritudinem assumamus. Abstulit Unigenitus intermedium inimicitiarum parietem; Deus Pater pacem iniit, Paraclitus nos adoptans suos fecit; tuta nobis et firma fiat hæc affinitas. Qui autem fiet? adoptantis bonitatem æmulando. Filios esse testemur moribus; invicem agamus, ut benignus Pater nobiscum egit; humanitatem exhibeamus, qui tantam humanitatem invenimus; ne crudeliter viscera exasperes, qui non misericordia tantum, qua indigebas, dignus es factus, sed Filii fiducia a clementi Domino recepta limites omnes excessisti. Noli superbia efferri, qui summo loco sedes, præstasque cæteris, nec majori debito obstructus, cum plus acceperis, pro beneficio, quo devinctus es, injuriam rependas. Illum sequere, qui ut abjectum te ac depressum extolleret, ab immensa altitudine se demisit. Opes illas, quæ beneficiis afficiendi cæteros debitum tibi creant, noli in eorum contumeliam convertere. Jesu misericordiam imitare, qui non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit²², ut te misericordem faceret. Eorum, quæ nobis debentur, exactores ne simus inexorabiles. Ideo enim plurima remittuntur nobis, ne ab aliis nimia severitate exigamus. Dominum bonum æmulemur, non servum malum, qui domini erga se clementiam non imitatus, nec eam erga conservum adhibens, pium dominum severum fecit, et postquam quæ sibi debebantur, aspere exegerat, omnia quæ debebat, et ab ipso exacta sunt. Exemplum malum ne sequamur, ab eo periculo nobis caventes. *Dimittite*, inquit enim, qui sanguine suo nobis gratiam fecit, *et dimittimini, et estote misericordes, sicut et Pater vester cælestis misericors est*²³. Pauperem pasce propter eum, qui, ut te pasceret, esurivit; nudum indue; eorum te misereat, qui ab eadem manu, sed non eadem conditione, creati sunt: quo minus aliorum indiges miseratione (si tamen quisquam est, qui in hoc vitæ maritæ feliciter naviget) eo magis in alios miserationem exerce. Imaginem tibi parem ne despicias abjectam, aut negligas. Ille siquidem Dei imaginem similiter præsefert, quamvis tu magnifice in thalamis degas, ille vero sub dio; quin pulchriorem fortasse et archetypo similiorem, ut nudus Lazarus,

Α τῆς βλύσεως πληρούμενα πάντα τὰ πέρατα, κατακλυζομένης τῆς δυσσεβείας τοῖς λογικοῖς χεῦμασι·

Ἄλλὰ γὰρ οἱ τὰς αἰσθήσεις τοῦ φθόνου τῷ πάθει νεκρωμένοι, καὶ διὰ τοῦτο τῶν τελομένων θαυμασίων ἀφηρημένοι τὴν σύνεσιν, ἐρῶν μετὰ τῆς οικείας ἀναισθησίας ἀφείσθωσαν. Ἡμεῖς δὲ τῷ παναγίῳ ζωοποιηθέντες Πνεύματι, ἱερῶς ἀλλοιωθέντες, ὡς περ λόγους θεοπρεπέει, οὕτω καὶ θελαῖς πράξεις τὴν τιμὴν ἐκπληρῶμεν αὐτῷ, ἣ διαφερόντως χαίρει τιμώμενος ὁ Θεός· σχολάσμεν ἀπὸ τῶν νεκρῶν τῶν παθῶν ἔργων. Ἐμπρακτον τὴν ζωοποιὸν ἐνέργειαν τῶν ἀρετῶν σχῶμεν. Ἀμειψόμεν τὴν ἀσχήμονα τῆς ἁμαρτίας μορφήν· μορφωθῶμεν τὴν θεοειδῆ καλλογήν. Ἔλυσε τῆς ἔχθρας τὸ μεσότοιχον ὁ Μονογενὴς Μαιτεύσας. Κατήλλακται ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ. Προσφκείωσεν υἱοθετῶν ὁ Παράκλητος. Γενέσθου ἡμῖν ἀσφαλῆς ἡ οικείωσις. Πῶς οὖν γενήσεται; Μιμησώμεθα τὴν τοῦ πεποικηκότος οικείου χρηστότητα. Μὴ ψευσώμεθα τὴν υἰότητα διὰ τῆς τῶν τρόπων μορφώσεως. Ἐκεῖνα πρὸς ἀλλήλους ποιῶμεν, ἃ πρὸς ἡμᾶς ὁ οἰκτιρῶν Πατὴρ ἐπεδείξατο. Μεταδῶμεν φιλανθρωπίας οἱ πολλῆς τυχόντες φιλανθρωπίας· μὴ κλείσης ἀσυμπαθῶς τὰ σπλάγχνα ὁ μὴ μόνον συμπαθείας ἦς ἔχρηξας ἠξιωμένος, ἀλλὰ καὶ ἐπέκεινα τετυχηκῶς συμπαθείας ἐν τῷ παρῶν Ἰησοῦ πρὸς φιλόδηρον δεσπότην λαβεῖν· μὴ κατεπαρθῆς ὁ τιμὴν τῶν ἄλλων ὑπερέραν λαβῶν. Μὴδ' ὀφείλων οἷς παρὰ Θεοῦ πλέον εἰληφας πλέον αἰδεῖσθαι, σὺ δὲ διότι μᾶλλον εὐεργεσίας τετυχηκῶς, διὰ τοῦτο ἐξυβρίζεις. Μιμησαι τὸν ἐξ ἀπείρου ὕψους καταβεβηκότα, ἵνα τὴν σὴν ἀδοξίαν τιμήσῃ· μὴ τὴν ἐφ' ᾧ περιέπειν ἦ σοι τοὺς ἀθενεστέρους ὑπόθεσιν, ἀφορμὴν ποιήσῃ τοῦ κατ' ἐκείνων προπηλακισμοῦ· μιμησαι τὸ Ἰησοῦ συμπαθεῖς, Ὅς οὐχ ἀρπαγμὸν ἠγησάμενος τὸ εἶναι Ἰσα Θεῷ, ἐκένρωσεν ἑαυτὸν, ἵνα σοι μεταδῷ συμπαθείας. Μὴ τῶν εἰς ἡμᾶς χρεῶν ἀπαραίτητοι γενώμεθα λογισταί, ὁ ἀπείρων ὄσων ἀφειμένοι, ἵνα μὴ ἀπαραίτητος ἃ κεχρεωσθήκαμεν εἰσπραχθῶμεν. Τὸν ἀγαθὸν δεσπότην, ἀλλὰ μὴ τὸν πονηρὸν δοῦλον ζηλώσωμεν· ὅς τὴν πρὸς αὐτὸν τοῦ δεσπότητος γνώμην οὐ μιμησάμενος ἐν τῇ πρὸς τὸν σύνδουλον συμπαθείᾳ, τὸν ὄσων ἀύστηρὸν ὠφθηναί ἐποίησε· καὶ ἐπεὶ ἀπαραίτητον ἐποιεῖτο τὴν εἰσπραξίν τῶν ὀφειλομένων αὐτῷ, πᾶσαν καὶ αὐτὸς εἰσπράχθη τὴν ὀφειλήν. Μὴ μιμησώμεν τὸ πονηρὸν ὑπόδειγμα, ἵνα μὴ εἰς ἀνάγκην ὁμοίως καταστῶμεν εἰσπράξεως. Ἄφρατε γὰρ, φησὶν ὁ χαρισάμενος ἡμῖν ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν· καὶ γίνεσθε οἰκτιρῶρες ὡς περ καὶ ὁ Πατὴρ ὁ μὲν ὁ οὐράνιος οἰκτιρῶν ἐστίν. Θρήψον πένθητα διὰ τὸν ἵνα σε θρέψῃ πεινήσαντα. Περιέβαλε γυμνόν· συμπάθησον ἐφ' οἷς ὄραξ τὸν ὁμοίως σοὶ τῇ αὐτῇ δημιουργηθέντα παλάμη οὐχ ὁμοίως ἀνέσεως ἀπολαύοντα. Μᾶλλον δὲ ὄσων αὐτὸς οὐ χρεῖται; ἐτέρων συμπαθείας, εἰ γέ τις οὕτως εὐπλοῆσαι τεθέβρηκε

²² Phil. II 6. ²³ Luc. VI, 37.

τοῦ βίου τῆ ἀλμῆ, τοσοῦτον συμπαθείας ἐτέροις A et qui bysso amiciebatur, testantur. Ita nos ipsos μετάδος· μὴ παρίδης, μηδὲ καταφρονήσης τῆς σοι conformantes, affinitatem cum Patre servemus, nec ὁμοτίμου ἐρρίμμένης εἰκόνας. Εἰκῶν ἐστὶ καὶ οὗτός a filiorum dignitate deficiamus unquam. Reconciliatori Filio, et nos tanquam fratres excipienti, σοι παραπλησίως Θεοῦ, εἰ καὶ ὁ μὲν ἐν ὑπαίθρῳ ἐρρίπται, σὺ δὲ ἐν θαλάμοις πολυωρεῖ. Καὶ ἴσως γε tunc, ut par est, famulabimur: tunc Paraclitum reconciliationis pignus deferentem colemus, non sine λόγου μαρτύριον ὁ γυμνὸς Λάζαρος, καὶ ὁ τὴν βύσσον ἐνδεδυσκόμενος. Οὕτω διασωσώμεθα τὴν πρὸς honore nostro, ac salute, propter quam omnia τὸν Πατέρα οικειότητα. Τοιοῦτοις χαρακτηῖροι διαμορφώσαντες ἑαυτοὺς, μὴ ψευσώμεθα τὴν υἰότητα. Οὕτω τοὺς ἀδελφοὺς ἡμᾶς προσλαβόμενον καὶ ἀποκαταλλάξαντα Υἱὸν θεραπεύσωμεν· οὕτω τὸν κεκομιχότα τῆς καταλλαγῆς τὸ ἐχέγγυον Παράκλητον τιμῶμεν, τῆ ἑαυτῶν τιμῆ καὶ θεραπείᾳ καὶ σωτηρίᾳ, δι' ἣν ἅπαντα οικονομεῖται καὶ πράττεται.

Ἄλλ', ὡ σύνθρονε τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Λόγῳ Παράκλητε, τοσοῦτον μὲν τὴν σὴν ἐπιδημίαν τιμῶν ὁ λόγος; ἐχέτω. Σὺ δ' ἡμῖν τῷ σῷ ἡγεμονικῷ τὸν ἡγεμόνα νοῦν στηρίζεις, μηδὲ τὴν ὑπὸ σοῦ ἀπεληλαμένην σκοτίζομαιναν ἐφῆς αὐτοῦ καταχεῖσθαι, μηδὲ τὴν ἐνέργειαν σφάλειν ἐν παντὶ μὲν κατὰ τὸν βίον ἐπιχειρήματι, μάλιστα δὲ ἐν τῇ κυβερνήσει τῆς κοσμηκῆς ὀκλάδος, ἣν ἡμῖν ἐνεχεύρισας. Ὡ νοῦ, καὶ σοφία, καὶ Πνεῦμα πανάγων, ἡ μία φύσις, ἡ ἀτρητος βασιλεία, ἥς τὸ κράτος αἰώνιον, δίδου πρὸς τὸν ὄγκον τῶν ἐγγχειρισθέντων καὶ τῶν ἐπινοιῶν τὴν ἀντιληψιν, ἄγων σὺν ἡμῖν καὶ διέπων ὧν τὴν ἐπιστάσιαν ἐπέτρεψας, ἵνα δεξιῶς ὕψ' ἡμῶν ὁ σὸς περιούσιος λαὸς ἐπιτροπευόμενος, καὶ τῶν ἐνταῦθα συμπιπτόντων σκαιῶν μὴ πειρῶν τῶν πραγμάτων, καὶ τῆς ἐκείθεν μετὰ σοι τῶν δεξιῶν ἀπολαύσεως, ἥς ἀπολαύσαιμεν ἅπαντες τῇ σῇ χάριτι καὶ χρηστότητι, κάκει τὴν σὴν

ΛΟΓΟΣ ΙΔ'.

Ὁμιλία εἰς τὴν κοίμησιν τῆς παραγιας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας· ὅτε ὑπὸ τῶν ἐπιγείων καὶ ἐπικήρων, ἐν ταῖς φουριστάταις καὶ ἀκηράτοις λήξεσι τῶν οὐρανῶν μετέστη. Μηνὸς Αὐγούστου ιε'.

(COMBER. Anctar. col. 1734.)

Μητρὸς Θεοῦ ἑορτὴν τιμῶμεν. Ποία γλῶσσα τὴν τιμὴν ἐξιῶσει, πρὸς τὴν ἀξίαν οὐκ ἐνδέουσα τῆς εὐφημουμένης; Δεσποτική καὶ νῦν ἐκτελεῖται πανηγυρις· ἡ γὰρ πάντων δεσπόζουσα χορηγεῖ τὴν ὑπόθεσιν. Τίς λόγος τῷ μεγέθει ταύτης συνεκταθήσεται; Εἰ γὰρ καὶ ἐπ' ἄλλων, δι' ἀρετὴν εὐδοκίμων, ὧν ἡ ἀξία, τοσοῦτον ἔχει τὸ ἔλαττον, ὅσον εἰκόξ Δεσπότου ἠλαττώσθαι δοῦλον, ὅμως ἡ τοῦ λόγου εὐφημία κατόπιν ἐρχεται, τί χρὴ τοῦτον παθεῖν, τῆ τῶν ἀρετῶν ἀκρότητι προσιόντα; Πλὴν εἰ καὶ μὴ ἔλπις, ὅσον ἀξιον, ὀπηγῆσαι, ἀλλ' ἡμεῖς γε παρέχομεν ἑαυτοὺς εἰς τιμὴν, τῆς δι' ἣν ἑορτάζειν ἡξιώμεθα λελυτρωμένοι τῆς ἀνεόρτου κατηφείας καὶ στυθρωπότητος· παρέξει δὲ τὸν λόγον, ὅποιον καὶ ἡλίκαν ἀν βούληται, ὁ χρηματίσαι ταύτης Υἱὸς εὐδοκῆσας Λόγος. Ἄλλὰ τί τὸ τελούμενον; Τί δὲ πανηγυρίζομεν; habente, tristitia. Præbebit vero, suggeretque orationem, qualem quantamque voluerit, Verbum, cui placuit, ac visum est ut ejus Filius esset. At, quæ est festi hujus celebritas? Quid conventu hoc publice celebramus?

Ἡ πρόην ἐκδημοῦσα τῶν ὄρων τῆς φύσεως ἐν τῷ κρείττον ἢ κατὰ βούλημα κύειν τῆς φύσεως, νῦν καθὼς ὁ ἐκείνης βούλεται νόμος, τῆς ἐνύλου ζωῆς, ἐκδημῶν πρὸς τὴν αἴθρον. Τῆς μόνης κεχαριτωμένης,

Atque hæc, o consubstantialis Patri et Filio Paraclite, in adventus tui honorem dicta sint. Tu autem intellectum nostrum ductu tuo rege, et confirma; tenebris a te olim disjectis illum circumfundi nunquam permittas, nec in iis, quæ in dies agit, aberrare; præcipue vero in mundanæ navis, quam nobis commisisti, regimine. O mens, o sapientia, o sancte Spiritus, natura una, regnum indivisibile, cujus potentia indeficiens est, mentis vim largire pro rerum mole, eosque, quorum nobis curam tradidisti, nobiscum rege; ut populus tuus per nos directus cum adversa, quæ hic eveniunt, declinet, tum ad cœlestem felicitatem perveniat, quam utinam consequamur omnes gratia et benignitate tua, ut illic supremam divinitatem tuam laudibus perenniter cumulemus.

Atque hæc, o consubstantialis Patri et Filio Paraclite, in adventus tui honorem dicta sint. Tu autem intellectum nostrum ductu tuo rege, et confirma; tenebris a te olim disjectis illum circumfundi nunquam permittas, nec in iis, quæ in dies agit, aberrare; præcipue vero in mundanæ navis, quam nobis commisisti, regimine. O mens, o sapientia, o sancte Spiritus, natura una, regnum indivisibile, cujus potentia indeficiens est, mentis vim largire pro rerum mole, eosque, quorum nobis curam tradidisti, nobiscum rege; ut populus tuus per nos directus cum adversa, quæ hic eveniunt, declinet, tum ad cœlestem felicitatem perveniat, quam utinam consequamur omnes gratia et benignitate tua, ut illic supremam divinitatem tuam laudibus perenniter cumulemus.

δοξάζοντες θεαρχίαν εἰς τοὺς αἰῶνας.

C

ORATIO XIV.

Homilia in sacrosanctæ Deiparæ, semperque virginis Mariæ obdormitionem: quando e terrenis caducisque, in illustrissimas et immortales cœlorum sedes translata est. Augusti mensis 15.

Dei Matris festum diem honoramus. At quæ qualisve lingua, illius quæ celebratur honorem, pro ipsius dignitate ac meritis exæquabit? Et vero jam quoque Dominica dies, ac solemnitas agitur. Quæ etenim omnium Domina est, in præsentī argumentum suppeditat. Quænam oratio sua magnitudine ac granditate illius par erit magnitudini ac granditati? Etenim si in aliis ob virtutem illustribus, probatisque personis, quorum dignitas et præstantia tanto est minor, quanto servus Domino est inferior; quid ei necessum est evenire, qui ad omnium virtutum culmen accedit? Cæterum licet dignitatis tantæ dicendo adæquandæ, nulla spes suppetat, nihilominus ejus nos honori decantando impendamus, cujus beneficio hunc festum diem obimus, liberati a non festa, nihilque jucunditatis

Quæ pridem naturæ terminos meliori quam pro naturæ ratione conceptu excessisset, nunc quemadmodum naturæ ejusdem lex exigit, a materiali ac mortali in corpore vita ad immaterialem ac statâ

immortali proficiscitur. Ilius ad perpetuum gaudium transitum celebramus, quæ sola gratia plena existit. Carne itaque, quoad fieri potest, excedentes, ac spiritu immutati, cum gloria excessum prædicemus, digneque iis quæ peraguntur compositos animos ostendamus. Universi fines terræ in gaudio jubilent, ut exsultatio jubilationis sit propria. Cælum gaudii sit particeps, splendidiori collustratam flore; portasque ad cæli honoratioris susceptionem pandens. Cælestes omnes ordines laudibus prosequantur. Gabriel, laudationis auspex accedat; quippe qui præ angelis aliis, immaculatis illibatisque, connubiis subservire soleat. Auspicatur vero, gaudii ultro verba inclamans, quod Matrem Domini introduci videant in Filii regiam. Etenim Dei illud capax tabernaculum, ab iis tabernaculis emigrans, quæ dissolvuntur ac intereunt, ad ea quæ manent, atque consistunt transfertur; fluxamque ac labilem vitam, nihil fluxa ac labili commutat. E terris ad cælos transvehitur, quæ mortalibus facta est scala, qua ad cælos ascendant. O miraculum! cum tristi morte commercium habet, qui tremendi cum ea commercii liberationem humano contulit generi: ac sepulcri sinus tabificos subit, ex cujus virginali utero integritas ac incorruptio existit: obscurisque cavitatibus, ac ventre terræ hospitatur, quæ illos, qui in tenebrosis misere degebant angustiis, in lucidissimis mansionibus requie donavit. Quidnam hoc rei est? An vult hæc rerum œconomia ac dispositio, ut ipsa quoque, quæ instaurationis humanæ communis causa esset, communi hominum hinc e vivis excedentium consuetudine, emigret, ne rerum omnium innovatio, naturam necessitudine ac affinitate sua privet? Quamobrem Filii, cui castis manibus vehiculo fuerat, divinis manibus, sincerissimum ac purissimum spiritum tradens, atque a temporali discedens vita, æterna cælorum regna obtinet, et ad omnis expertes umbræ sedes commigrat, Dei illa splendoribus celebrata domus, quam passis portis cælum suscipit, ac susceptione, decentioris ac honestioris status accessione clarescit. Cum enim jam, tot spiritualium ac immortalium populis, tamque multis ex mortalium genere in illam ascriptis civitatem, ut cum Matre regina perpetuum ævum agitent; ejus Regi ac Filio communiter laudes decantantibus, mirabili concentu circumsonet; necesse est ut longe priori amœnior ac delectabilior ejus constitutio facta sit. Hinc angelorum ordo, duce Gabriele, faustis prosequitur ominibus atque laudibus. Inde beatorum prophetarum agmen, cujus olim laudem, in ejus eminuis intendens gloriam, meditabatur; eandem nunc reverenter adiens, lætæ modulantiæ ei meditata carmina pangit. Alia demum ex parte cum discipulorum cœtu infiniti martyrum exercitus, reverentia, ac timore jubilant. O quam beata quæ illic peraguntur! O quantus qualisque honos, perpetuæ virgini Matri in cælis defertur! ubi nimirum, Filium videns in divum medio, quos ille deitate donavit,

Α πρὸς τὴν ἀληκτον χαρὰν, τὴν μετὰθασιν ἐορτάζομεν. Ἐκδημοι τοίνυν, ὡς οἶόν τε, τῆς σαρκὸς, καὶ τῷ πνεύματι ἀλλοιωθέντες, δοξάζομεν τὴν ἐκδημίαν, καὶ πρέπουσαν τοῖς τελοῦμένοις τὴν κατάστασιν ἐνδεϊζόμεθα. Πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς ἐν χαρμονῇ ἀλαλαξάτω, ἢ οἰκειὸς ὁ ἀλαλαγμὸς τῆς ἀγαλλιάσεως ἤ. Οὐρανὸς κοινωνεῖτω τῆς χαρμοσύνης, παιδρὸς τέρψῃ ἀνθεὶ περιλαμπόμενος, καὶ πρὸς ὑποδοχὴν οὐρανοῦ τοῦ ἐντιμωτέρου ἐξαυγιόμενος. Πᾶς ὁ ἐν αὐτῷ παρευφημεῖτω διάκοσμος. Γαβριήλ ἐξαρχεῖτω τῆς εὐφημίας, ὅτε δὴ, πρὸ τῶν ἄλλων συνήθης ὢν ἐν τῷ λειτουργηκέναι τοῖς ἀχράντοις νυμφεύμασι· μᾶλλον δὲ ἐξάρχει ἐπιφθειγγόμενος τὰ βήματα τῆς χαρᾶς, οἷς ὄρᾳ τοῦ Δεσπότητος Μητέρα εἰς τὰ τοῦ Υἱοῦ ἐγκατοικιζομένην βασίλειαν. Ἡ γὰρ θεοχώρητος σκηνὴ τῶν λυομένων ἀπαρῶσα σκηνωμάτων, πρὸς τὰ μένοντα μετοικίζεται, καὶ τοῦ βέροντος βίου, ἀμείβει τὸν ἀρευστον. Γῆθεν πρὸς οὐρανοὺς διαπορθμευομένη, ἢ διαβατήριον τοῖς ἐν γῆ γενομένη πρὸς τὰ οὐράνια· ὦ τοῦ θαύματος! τῷ ἀμειδεῖ θανάτῳ προσομιλεῖ, ἢ τῆς φρικτῆς ἐκείνου ὀμίλιας τὴν ἀπλλαγὴν τῷ γένει παραχωρήσῃ· καὶ λαγόνες κρύπτουσι σφοδροποιοί, ἧς ἐξεφάνη λαγόνων ἀφθαρσία, καὶ ἀφργῆσι ξενίζεται κενεῶσιν, ἢ τοὺς ἐν ἀλαμπῆσι τάλαιπωρομένους στενωγοῖρα, φαινοτάταις ἐν λήξεσιν ἀναπαύσασα. Τί τοῦτο; Ἡ βούλεται ἡ τοῦ πράγματος οἰκονομία, τὴν κοινὴν τῆς τοῦ πλάσματος ἀναπλάσεως αἰτίαν, τῇ κοινῇ τῶν ἀνθρώπων τῆς ἐντεῦθεν ἀναχωρήσεως συνήθειᾳ, καὶ αὐτὴν ἀπαρῶσαι, ἢ να μὴ τὸ πάντα καινοτομεῖν, τὴν φύσιν τῆς συγγενείας χωρίζηται; Ταύτην ἄρα τοῦ παλάμαις ἀγναῖς ἐποχρησαμένου Υἱοῦ, χερσὶ θεϊκαῖς τὴν πανακέρτατον ἐποχεῖσθαι δοῦσα ψυχὴν, τῶν προσκαίρων ἐπανισταμένη, τὰς αἰωνίους καταλαμβάνει διατριβὰς, καὶ πρὸς τὴν ἄσκιον μεταποικεῖται λῆξιν, ἢ τοῦ Θεοῦ ταῖς λαμπρότησι δεδοξασμένου οἴκου, ἢν ὑποδέχεται πύλας οὐρανὸς ἀναπετάσας· προσθήκην δεχόμενος ὑπερπεστέρας καταστάσεως τῇ ταύτης ὑποδοχῇ. Ἄρει τῶν ἐκεῖ ἐορταζόντων, ὅσοι τε δῆμοι ἄῦλοι καὶ ἀθάνατοι, καὶ ὅσοι τοῦ θνητοῦ γένους ἐκείνοις συνεπολιτογραφῆθησαν ἐπὶ τῇ συνδιαίτησει τῆς βασιλίδος μητρὸς, τῷ βασιλεῖ καὶ Υἱῷ κοινῶς ἀδόντων τὴν εὐφημίαν, τῇ θαυμαστῇ περιηχοῦμενος συμφωνίᾳ, τερπνοτέραν ἢ πρόσθεν, καὶ οὕτως ἔοικε δέχεσθαι κατάστασιν. Ἐκεῖθεν ἢ τῶν ἀγγέλων τάξις ὑπευφημεῖ, ὅπῃ ταξιδίῳ ταττομένη τῷ Γαβριήλ. Ἐντεῦθεν ὁ τῶν μακαρίων προφητῶν σύλλογος. Ἦς πόρρωθεν τῇ δόξῃ ἐνατενίζων, προμελέτα τὸν ἔπαινον, ταύτη προσίων εὐλαβῶς, τὰ τερπνὰ ὑπηχεῖ μελετήματα. Ἐτέρωθεν μετὰ τοῦ θιάσου τῶν μαθητῶν, τὰ μυρία τῶν μαρτύρων στρατεύματα αἰδοὶ ἀλαλάζει καὶ φόβῳ. Ὡ τῶν ἐκεῖ τελοῦμένων! Ὡ τῆς ἐν οὐρανοῖς τῇ ἀειπαρθένῳ Μητρὶ κροτουμένης τιμῆς! Ἐνθα, τὸν Υἱὸν ὄρωσα ἐν μέσῳ θεῶν οὐς ἰδέωσα, δεδοξασμένον, καὶ τὸ μεγαλεῖον ἐαυτῆς ὅσον καταμανθάνοῦσα, οἷς τοσούτου Υἱοῦ ἐχημάτισε μήτηρ, τῶν παναχράντων ὀδίνων ἐαυτὴν μακαρίζουσα, χαίρει· καὶ τὸν ἀπειρον ἐν μεγαλωσύνῃ τόκον, ὃν πρότερον σαρκικῶς πτωχεύσαντα θαυμάζουσα ἐμεγάλυνεν, ἐν

τῷ πλούτῳ τῆς οἰκειᾶς θεότητος διαπρέποντα μεγα-
λύνει. Ταῦτα μὲν ὁ ἄνω κόσμος ἔχει πραγματευό-
μενα.

partu, impensiori gaudio fruitur : prolemque infinita
majestate clarum, quam prius carne pauperem
effectam suspiciens magnificabat ; in suæ deitatis opulenta spectatissimam magnificat ac deprædicat.
Atque hæc quidem superior ille mundus agitat.

Φέρε δὴ ἡμεῖς ὁ κάτω κόσμος, ὧν ἀπάρασα οὐ
συναπῆρε τὴν εὐεργεσίαν, ἀφ' ὕψους δὲ περιέπει
τῆς προστασίας τῆ πετέρυγι, τὰ ἡμῖν ἐπιβάλλοντα
συντελῶμεν, καὶ τὴν μετάθεσιν τῆς Παρθένου τιμῶ-
μεν· καὶ πρὸς τὰ ὑπερκόσμια χωρούσης αὐτῆς προ-
πομπεύωμεν, ὡς οἶόν ἐστιν ὑπερκοσμῶς· καὶ τῆς
βαρυνούσης, καὶ κατασπύσης ὕλης, ἐφ' ὅσον αἶρει
τὸ πνεῦμα, μετατιθέμενοι, καὶ τοῖς ἀύλοις συνεπαι-
ρόμενοι. Τίσιν οὖν πομπικαῖς εὐφημίαῖς χρησώμεθα ;
Καὶ πῶς κατὰ τρόπον προσνεχθήσεται ἡ τιμὴ ; Ἡ
καλῶμεν ἐκ τῶν ὑψίστων κορυφαίους, καὶ μάλιστα
τὸν τῆς τιμωμένης βασιλέα προπάτορα· καὶ παρ'
αὐτῶν πυθόμενοι, οἷς οὗτοι καταρτίζουσι τὴν ιερο-
λογίαν, κατὰ τρόπον ἐκείνων ἀποδῶμεν τὸν ἔπαινον ;
Οἶμαι δὴ αὐτοῦς, οἷς πρόσθεν ἀνύμνου, τούτοις καὶ
ἐπὶ τοῦ παρόντος ὑμνοῦντας προσάγειν τὴν εὐφη-
μίαν· ἐπεὶ μὴδ' ἦν ἐκ τῶν ἡμετέρων τὰ τότε ἡχοῦ-
μενα, κὰν ἐν τοῖς ἡμετέροις ἐκρούετο· ἀλλ' οὐρα-
νόθεν ὑπήχουν οἱ ἄδοντες. Εἰκόσ, οὖν καὶ σήμερον
αὐτοῦς ἐκείναις ταῖς προλαβοῦσαις φθογγαῖς, ἅτε δὴ
οὐραναίαις τὴν Θεομήτορα τιμᾶν παραγενομένην ἐν
οὐρανοῖς, ἅς καὶ ἡμῖν παραληπτέον. Ἔξεστι γάρ,
καὶ οὐδεὶς κίνδυνος εἰς τὴν αὐτὴν χρεῖαν ταῦτα
παραλαμβάνειν. Ἀλλὰ μικρὸν ὁ λόγος παρῆρσι-
ζέσθω, καὶ μὴ μόνον τοῦτο, τὴν εὐφημίαν, καθά-
περ οὐδὲν ἄλλο θαρρεῖν, ἐπόμενος πληρούτω, ἀλλὰ
καὶ αὐτῇ προσῶν τῇ εὐφημουμένη προσομιλεῖω.

acclamationem, ac si nullum aliud præconiorum
exemplum sequi ausit, usurpet ; verum etiam ipsam
adiens, quæ præconio celebratur, cum illa cominus agat.

Τί σοι ὁ τὰ μεγαλεῖα ποιήσας μέγας Υἱὸς, ὑπερ-
ευλογημένη σήμερον ποιεῖ ; Τί γίνεται ; Τί τὸ ὀρώ-
μενον ; Ἡ τὴν κιβωτόν σε τοῦ ἀγιάσματος· τὸν
εὐπρεπῆ νυμφῶνα· τὸν θεϊτάτον θρόνον εἰς τὸ
θεῖον ἑαυτοῦ ἀνάκτορον μετατίθησι· τὴν ἐξ ἧς λαβὼν
τὴν σαρκίνην στολὴν μετ' ἀνθρώπων ἐπολιτεύσατο,
ἐν ὑψίστοις φέρει συνδιατρίβειν τῶν σαρκίνων ἀνα-
λαμβάνων· καὶ σοι πάρεσι λειτουργοῦντες, πᾶσα ἡ
ἐκείνῃ λειτουργοῦσα τάξις· ἀγγέλων δῆμοι· προ-
φητῶν χορεῖαι· οἱ ὠραῖοι τοῦ σοῦ ὠραίου Παιδὸς
μαθηταί· τὰ τῶν καλλινίκων μαρτύρων συστήματα·
ἕκαστα παρθένος ψυχῆ, καὶ πρὸς τὴν νυμφικὴν ἀπό-
λεικτος κασιτάδα σοῦ τοῦ τῆς παρθενίας ἀγάλματος·
προλασιν ἐν εὐφροσύνῃ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐχρῆν ἀνασχού-
σαν θνητῆς γεωργίας ἀκολούθησεν σε τῇ βλάστῃ πρὸς
τὰ θεῖα συγκομισθῆναι ταμεια, λειτουργεῖς νόμῳ
θνητῶν, καὶ ὀμιλεῖς, ὧ τοῦ ἡλίου φαινόστερα, τῷ
σκυθρωπῷ προσιώντι θανάτῳ· πλὴν τῆς ἀρρήτου
φαιδρότητος ἡ παρουσία, οὐδὲν συγχωρεῖ τῇ σκυ-
θρωπότητι ἐνοχλεῖν· χειρῶν μὲν ἐκείνων, αἷς πάντα
συνέχεται, τὴν πανάμωμον δεχομένων ψυχῆν· τοῦ
ἄ καθαροῦ, καὶ ἀσπίλου σώματος ἐν καθαρωτάτοις

A gloria magnificatum, suamque amplitudinem ac
majestatem intelligens, quod tanti Filii exstiterit
mater, beatam se ab immaculatissimo gratulans
partu, impensiori gaudio fruitur : prolemque infinita
majestate clarum, quam prius carne pauperem
effectam suspiciens magnificabat ; in suæ deitatis opulenta spectatissimam magnificat ac deprædicat.

Age et nos mundus inferior, a quibus, quamvis
discesserit, haud tamen beneficentiam abstulit ;
quin ab alto, sui patrocini alis fovet ; quod nostri
muneris est, præstemus, ac Virginis translationem
honore prosequamur : cælorumque sublimia tran-
scendentem, pro virili nostra, quantoque ornatu
possumus, deducamus, atque a gravi ac detrahente
materia, quantum attollit spiritus, translati, cum
spiritibus cœlitibus in altum subvehamus. Quibus
autem acclamationibus triumphum prosequemur,
quæ ratione honorem debitum offeremus ? An ex
altissima cælorum regione coryphæos advocabimus,
ac maxime illius, quæ in laudis argumentum pro-
ponitur, avum Regem ? atque ubi ab eis audierimus,
quibus ipsi modis elogia concinnent aptentque, illo-
rum nos more laudum præconia reddemus ? Arbitror
equidem ipsos, quibus prius celebrabant, iisdem
encomiorum generibus, etiamnum uti : nam neque
nostratia erant, quæ tunc personabant, tametsi
inter nostrates psallerentur : sed ii, cœlitus instincti
ac impulsu canebant. Fas itaque est, ac rationi
consentaneum, ut iisdem hodierna luce, pristinis
illis laudum concentibus, ceu cœlestibus, Dei Matris
in cælos adventum honorent : quos et nobis usur-
pari oportet. Licet enim, nec ullum est periculum
ut ejusmodi usurpemus laudes. Verum oratio
Tiberiadis mare cum filiis Zebedæi, Nathanael Petroque et duobus aliis Thomam habuit piscantem, qui, jubente Christo, dextrorsum (retia) demittentes, multos pisces eliciebant. Cum Petrus agnoscens adnatabat, illis tertium apparens panem piscemque carbonibus assatum manducavit.

Qui e sepulcro post tres dies excessit, Dominum, o Virgo, exora pro illis qui te celebrant votisque beatam salutant. Te enim omnes refugium, salutem, mediatricemque apud illum habemus; nos hæreditas tua et servi tui, o Deipara, ad tuum suspicinus auxilium.

Matutinum 10, tonus obliquus 2.

Postquam in infernum descendisses, et ex mortuis surrexisses, discipuli tua abscissione, ut par erat, prostrati ad operationem conversi sunt, et rursus ad navigia et retia, sed nusquam pisces capiebant. Tu vero, Salvator, omnium rerum Domine, dextrorsum retia injicere jubes; et vere operatio tuum verbum fuit. Multitudinem enim piscium ceperunt. Nos autem hospitali convivio, in terra parato, cujus tecum discipuli fuere participes, spiritualiter dignare delectari, o hominum amator Domine!

Exapostelarium 11.

Post divinam resurrectionem, ter Petrum Dominus sciscitatus: Utrum me amas? suarum ei ovium pasendarum præcipuum committit munus; qui discipulum Jesu charum videns sequentem, Dominum interrogavit: Et ille quid? Si velim, respondit Dominus, illum donec iterum veniam manere, quid ad te, mi Petre?

O tremendum mysterium! O incredibile miraculum! morte mors omnino fugata est. Quis non celebret adoretque tuam, o Verbum, resurrectionem, et quæ te immaculate in carne genuit Deiparam? Cujus intercessione omnes ab inferno salva!

Matutinum 11, tonus obliquus 4.

Manifestans te ipsum discipulis, o Salvator, post resurrectionem, Simoni tuarum dedisti ovium curam, in amoris successione, pascendique officium; ideoque illum interrogasti: Utrum me amas, Petre? Pasce agnos meos, pasce oves meas. Qui cito charitatem ostentans de altero discipulo sciscitatus est. Illorum precibus, o Christe, gregem tuum ipsum ab infestis lupis custodi!

Α τῶν· μαθητῶν, καὶ Πνεύματος ἁγίου μετέδωκας αὐτοῖς, καὶ ἐξουσίαν ἐνεχειρᾶς ἀφεσῶν ἁμαρτιῶν, καὶ τὸν Θωμᾶν οὐ κατέλιπες, τῷ τῆς ἀπιστίας καταπατίξασθαι κλύδωνι· διὰ παράσχου καὶ ἡμῖν γνῶσιν ἀληθῆ, καὶ ἀρεσὴν πταισμάτων, εὐσπλαγχνε Κύριε.

Ἐξαποστοτελλάριον ε΄

Τιβεριάδος θάλασσα, σὺν παισὶ Ζεβεδαίου, Ναθαναὴλ τῷ Πέτρῳ τε, σὺν δυαὶν ἄλλοις πάλαι, καὶ Θωμᾶν εἶχε πρὸς ἄγραν· οἱ Χριστοῦ τῇ προτάξει ἐν δεξιῶις χαλάσαντες, πληθὸς εἰλον ἰχθύων, ὃν Πέτρος γνοῦς, πρὸς αὐτὸν ἐνήξατο, εἰς τὸ τρίτον φανεῖς, καὶ ἄρτον ἔδειξε καὶ ἰχθὺν ἐπ' ἀνθρώπων.

Τὸν ἀναστάντα Κύριον τριήμερον ἐκ τοῦ τάφου, Παρθένε, καθικέτευε ὑπὲρ τῶν σε ὑμνούντων καὶ πόθῳ μακαριζόντων· σὲ γὰρ ἔχομεν πάντες καταφυγὴν σωτηρίου, καὶ μεσίτην πρὸς τοῦτον· κληρὸς γὰρ σὸς καὶ οἰκᾶται πέλομεν, Θεοτόκε, καὶ πρὸς τὴν σὴν ἀντίληψιν ἅπαντες ἀφορῶμεν.

Ἐωθινὸν ε΄, ἤχος πλῆριος β΄.

Μετὰ τὴν εἰς ἔβου κάθοδον, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, ἀθυμοῦντες, ὡς εἰκός, ἐπὶ τῷ χωρισμῷ σου, Χριστέ, οἱ μαθηταὶ πρὸς ἐργασίαν ἐτάραχσαν, καὶ πάλιν πλοῖα καὶ δίκτυα, καὶ ἄγρα οὐδαμοῦ· ἀλλὰ σὺ, Σῶτερ, ἐμφανισθεὶς ὡς Δεσπότης πάντων, δεξιῶις τὰ δίκτυα κελεύεις βαλεῖν, καὶ ἦν ὁ λόγος· ἔργον εὐθὺς, καὶ πληθὸς τῶν ἰχθύων πολὺ, καὶ δειπνοὺς ξείνους, ἔτοιμον ἐν γῆ, οὐ μετασχόντων τότε σου τῶν μαθητῶν· καὶ ἡμεῖς νῦν νοητῶς καταξίωτον ἐντροφησαί, φιλήθροπε Κύριε.

C

Ἐξαποστοτελλάριον ια.

Μετὰ τὴν θεῖαν ἔγερσιν, τρίς τῷ Πέτρῳ, Φίλις με; πυθόμενος ὁ Κύριος, τῶν ἰδίων προβάτων προβάλλεται ποιμενάρχην· δ; ἰδὼν ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς ἐπόμενον, ἤρετο τὸν Δεσπότην· Οὗτος δὲ τίς; Ἐὰν θέλω, ἔφησε, μένειν τοῦτον, ἕως καὶ πάλιν ἐρχομαι, τί πρὸς σὲ, φίλε Πέτρε;

Ὁ φοβερὸν μυστήριον! ὃ παράδοξον θαῦμα! διὰ θανάτου θάνατος παντελῶς ἠφανίσθη· τίς οὖν μὴ ἀνυμνήσει, καὶ τίς μὴ προσκυνήσει σου τὴν ἀνάστασιν, Λόγε, καὶ τὴν ἀγνῶς ἐν παρῆι τεκοῦσάν σε Θεοτόκον; ἤ; ταις πρεσβείαις ἅπαντας λύτρωσαι τῆς γέννης.

D

Ἐωθινὸν ια΄, ἤχος πλῆριος δ΄.

Φανερῶν ἑαυτὸν τοῖς μαθηταῖς σου, Σῶτερ, μετὰ τὴν ἀνάστασιν, Σίμωνι δέδωκας τὴν τῶν προβάτων νομήν, εἰς ἀγάπης ἀντίκεισιν, τὴν τοῦ ποιμαίνειν φροντίδα αἰτῶν· διὰ καὶ ἔλεγες· Εἰ φίλεις, Πέτρε, ποιμαίνε τὰ ἀρνία μου, ποιμαίνε τὰ πρόβατά μου. Ὁ δὲ εὐθέως ἐνδεικνύμενος τὴ φιλόστοργον, περὶ τοῦ ἄλλου μαθητοῦ ἐπυνθάνετο· ὦν ταις πρεσβείαις. Χριστέ, τὴν ποιμνὴν σου διαφύλαττε ἐκ λύκων λυμαινομένων αὐτήν.

ΩΔΑΡΙΟΝ ΚΑΤΑΝΥΚΤΙΚΟΝ

ΠΟΙΗΜΑ

ΚΥΡΙΟΥ ΛΕΟΝΤΟΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΩΣ

CANTICUM COMPUNCTIONIS

Ex meditatione extremi iudicii

OPUS

DOMINI LEONIS PHILOSOPHI ET IMPERATORIS

(Latine edidit P. Pontanus, Ingolstadtii 1603 post Simeonis Junioris Opera; recensum in *Biblioth. Patr.* Lugdun., tom. XXII, p. 747; — Græce P. Matranga in *Anecdottis Græcis.* Romæ 1850. Tom. II, p. 683.)

Ἄρα τίς γῆθεν αἰετας
 Ἐν συστροφῇ με ζεφύρου,
 Ἀκαριαίως ἀποίσει
 Πρὸς τὴν κλαυθμῶνος κοιλάδα,
 5 Ἴν' ὅπως με τὰς μενούσας
 Ἰδὼν κολάσεις θρηνήσας;
 Βαβαί! βαβαί! πῶς βρυχάσαι
 Γαῖα διχῆ ρηγνυμένη,
 Νεύσαι τῆς υπερθεν βίας,
 10 Φρικώδεις ἀπογυμνοῦσα
 Χώρους τοὺς νῦν κεκαυθμένους;
 Φεῦ μοι τῆς θίας ἐκείνης!
 Γλαφυροτόρνεντοι τάφοι,
 Σκότους μεστοὶ τε καὶ γνόφου,
 15 Μυχὸς ἀπύθμαντος ἄλλος
 Καὶ ἀντρονύχιος χάσμη,
 Ἐν ἀποκρύφοις τηροῦνται
 Πᾶσι λυγρῶ; τοῖς βιοῦσιν.
 Δείνῳς ἐκεῖσε κοιτάζων
 20 Ὁ ἄγριος αἰμοπότης
 Βρύχει, μαιμῆ, σαίνει κέρκον,
 Καὶ κεχηνῶς ἀναμένει
 Καταπιεῖν πικρὸς σκώληξ
 Τοὺς κατ' ἐμὲ πλημμελούντας.

A 25 Δακρύων δμβροῦς μοι δίβου,
 Εὐλίπτε Θεοῦ Λόγε,
 Πρὶν κατακρύψει με τάφος
 Ἐίνον, γυμνὸν εὐπραγίας,
 Πρὶν οἱ πικροὶ φορολόγοι
 30 Ζητήσουσί μου τὰς πράξεις.
 Ἐκεῖ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.
 Ὀλολυγμὸς τε καὶ θρήνος,
 Τάρταρος ἀμοιρος θέρμης.
 Ἀνήλιος καὶ σκιδώης ·
 35 Ἐκεῖ πολύστενον πένθος,
 Καὶ ὄχνητοι τῶν δακρύων.
 Ζυγὸς; καὶ πλάστιγξ τὰ ἔργα
 Σταθμίζεται δοκιμάζων,
 Ἀνακουρίζων, βαρύνων,
 B 40 Οὐ τὰ ἐσθλά, τὰ δὲ φαῦλα,
 Ἄπερ βίῳν ἐπεπράχθην
 Ἐκ πονηρῶς συνηθείας.
 Ἡ καταιγὶς ἐκθροαί με,
 Καὶ ταραχὴ τῶν πνευμάτων,
 45 Τὸ ἀύχηρὸν τῆς θυέλλης.
 Καὶ συνοχὴ τῶν κτισμάτων.
 Κτύποι βροντῶν ἐπαλλήλων,
 Ἄστεροπῶν τε τὸ δέος.

Quis tandem me humo turbine venti aliquo sublatam, ad brevissimum tempus abducat ad vallem lacrymarum, ut visis ibidem supplicis memet lugeam?

Heu! heu! quomodo rugiet tellus, cum nutu supernæ potentæ dirupta, locos horribiles nunc latentes aperiet. Ah! triste spectaculum!

Profunde cavata sepulcra, tenebris et caligine plena, recessus immensus, et ætra caliginosa abdita servantur omnibus, qui vitam ob flagitia existiosam duxerint.

Illic cubans inimitis potor sanguinis, dirum fremdet, appetit, cauda remulcet, apertisque faucibus exspectat devorare peccatores mei similes.

Misericors Fili Dei, da mihi imbres lacrymarum,

priusquam me legat sepulcrum, hospitem, et nudum a recte factis: priusquam severissimi ex-actores inquirent in actiones meas.

Illic stridor dentium, ejulatus, et lamentatio; tartarus, caloris expers, solis nescius et umbrosus; illic luctus gemitibus refertus, et rivi lacrymarum

C Trutina et lanx opera ad amussim examinans probat, alia elevans, alia deprimens: ubi erunt peccata mea, quæ in hac vita ex prava consuetudine perpetravi.

Terres me procella, et tumultus ventorum, horror tempestatis, et pressura creaturarum, sonitus tonitruorum alternantium, ac fulgurum pavor.

- Θάμβος ἰδεῖν ὑπὲρ πάντα,
 50 Καὶ τρόμος ἀναπολῆσαι
 Τὸν ποταμὸν τοῦ παμφάγου
 Πυρρός, ὁμοῦ τε καὶ λίμνην
 Παφλάζουσαν καὶ βριμώσαν
 Ἐνδίκως με πυρπολῆσαι.
 55 Θεοκυήτορ Μαρία,
 Τῶν γηγενῶν εὐκληρία,
 Χριστιανῶν προστασία,
 Ἄμαρτωλῶν ἐλπίς μόνη
 Καὶ κοσμικὴ θυμηδία,
 60 Ῥῦσαι πυρὸς ἀπειλῆς με.
 Ἰδοῦ, ψυχὴ παναθλία,
 Βλεφάροις τῆς διανοίας.
 Ἰστορήσά σοι τὰς θλίψεις,
 Καὶ τὰς ποινὰς πρὸ τῆς δίκης·
 65 Νῆφε θερμῶς ποτινώσα
 Τῆς παίρας τούτων ρυσθῆναί.
 Κριτὴς σοι πρόβρωθεν ἦξει
 Θρονοῦμενος ἐν νεφέλαις,
 70 Τὴν κτίσιν ἀνάτινάσων
 Νεπτέρων ἐκ τῶν θεμέθλων,
 Κυμαίνων καὶ τὸν ἀέρα
 Παναλκυστάτη δυνάμει.
 Λαλαψ λικμήσει τὰ δρη,
 75 Καὶ ἀφαντώσει τὰς νάπας,
 Καὶ ἐν πυρὶ ἀκαμάτῃ
 Ἐκτεφρωθήσεται χέρσος
 Ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου
 Κρίναι τὴν γῆν ἐρχομένου.
 80 Μαρμαρυγαὶ νῦν φωστήρων
 Σθεσθήσονται παραυτίκα,
 Καὶ τῶν ἀστέρων τὰ πλήθη
 Οἶάπερ φύλλα πεσοῦνται·
 Σὺ δὲ, ψυχὴ, πῶς ὑποίσαις
 85 Τὴν ἔλευσιν τοῦ Δεσπότη·

- A
 Μέδον ὑψίθρονε, φέισαι
 Ὡς εὐδιάλλακτος φύσει,
 Ταῖς εἰς Μητρὸς σου πρεσβείαις,
 Τῶν νοερῶν στρατευμάτων,
 90 Πάντων ὁμοῦ τῶν ἁγίων,
 Τοῦ πλάσματος τῶν χειρῶν σου.
 Ναμάτων θάλασσα σπάνιν
 Ὑφίξει δειματομένη
 Καὶ ποταμοὶ κοινοθῶσι
 95 Πηγάζοντες ἀενάως·
 Σὺ δὲ, ψυχὴ, τί ποιήσεις,
 Τούτων φρικτῶς τελουμένων;
 Ξέρον ἰδέσθαι τὰ πάντα,
 Τὸ περιέχον στοιχείον
 100 Πυρκαϊᾶς ἀφανείης
 Διδόμενον ὕλης δίκην,
 Καὶ εἰλισσόμενον ἀΐθρις
 Ὡς κώδικα μεμβρανῶδη.
 Οἱμοὶ! πῶς ταῦτα, μελέα,
 105 Ἐν νῆφ, ψυχὴ, οὐ λαμβάνεις;
 Ἄλλ' ὑπὲρ ψάμμον θαλάσσης
 Ἀμνημονεῖς ἀμαρτῶσα·
 Ἄδειλως ἔθεν τὸ τέρμα
 Ἦδη λοιπὸν σοὶ προσψαύσει.
 110 Πῶς λυγηρῶς ὑπεβούσης
 Τῆς σάλπιγγος ὑπανάγκης;
 Τῶν κενεῶνων γὰρ γαλή
 Νέκυας ἀνασφαιρίσει,
 Καὶ θάλασσα τοὺς σφετέρους;
 115 Τῇ φοβερᾷ πιστάσει.
 Πεποθησίς μοι, Παρθένε,
 Γενοῦ τῆς δίκης ἐν ὧρτ,
 Σκέπη, φρουρὸς, εὐεργέτης,
 Καὶ ἰλασμὸς καὶ συλλήπτωρ,
 120 Ἐξ ἔργων μὴ κεκτημένῳ
 Ἐλπίδα θείας συγγνώμης.
- B
 C

Stupor et tremor erit videre omnia flumine ignis omnivori involvi, simulque lacum æstuantem et crepitantem, flammisque suis juste me devastantem.

Maria, Mater Dei, inter creaturas electa, Christianorum auxilium, peccatorum spes unica, mundi exhilaratio, ab imminente igne salva me.

Aspice, anima miserrima, mentis oculis. Narravi tibi afflictiones et pœnas ante iudicium: vigila, et harum experientia liberari serventer desidero.

Judex tibi sublimis veniet, sedens in nubibus ut in throno, creaturam ex imis fundamentis concutiens, et aerem etiam omnipotentissima vi concutans.

Turbo ventilabit montes et eruet silvas, igneque rapido in cineres rediget terra a facie Domini, qui venturus est judicare terram.

Inminarium fulgores subito exstinguentur, stellarumque multitudines tanquam folia de arboribus cadent. Tu vero, anima mea, quomodo adventum Domini sustinebis?

Rex altis sedens, pro clementia tua, meritis Matris

tuae et intelligibilium exercituum, sanctorum simul omnium, parce operi manuum tuarum.

Mare conterritum aquis rarescet, et flumina repleta pulveribus, non nisi instar fontium manabunt. Tu, anima, quid ages, cum ista horribiliter evenient?

Insolitum spectaculum, videre omnia complexam igniferam elementi voracitatem, silvæ instar diffusam, rursumque ut librum involutam.

Heu! miserabilis anima, cur hæc non perpendis, sed eorum immemor, peccatorum numero vincis arenas maris? Incertum est unde finis jam tibi impendat.

Quomodo funestum canentem tubam sustinebis? Ejus enim sono tam intenso et formidabili sepulcris apertis prodibunt mortui, et mare quoque reddet mortuos suos.

Virgo, fiducia mea, sis in hora justitiæ tutela mihi, custos et auxiliatrix propitia, qui propter opera spem cœlestis veniæ jam non habeo.

Ῥαγήσεται τὰ μνημεῖα
 Νεκρῶν κατεστιγμένων
 Τῆ τοῦ κριτοῦ ὑπαντήσει,
 125 Μιχαὴλ σπέρχοντος ἅμα
 Πάντας ῥιπῆ παραστήσει
 Τεττάρων ἐκ τῶν ἀνέμων.
 Σύνες, ψυχῆ, μετὰ ταῦτα
 Φρικτοὶ πῶς τίθενται θρόνοι,
 130 Καὶ ἀναπτύσσονται βίβλοι
 Παρισταμένων ἐν φόβῳ
 Ἀπείρων καὶ ἀναριθμῶν
 Ἀγγέλων τε καὶ ἀνθρώπων.
 Τότε λοιπὸν αἱ κολάσεις!
 135 Δειχθήσονται, ἃς προέφη,
 Ἀπολαμβάνειν ἐτοίμως
 Τοὺς ὑπευθύνους διψῶσαι,
 Ὡν τελευταῖος καὶ πρῶτος
 Μόνος ἐγὼ ὁ παντλήμων.
 140 Ὑπαγορεύσει πρᾶξις
 Ὁ δικαστὴς τοῖς ἀξίοις·
 Καὶ αὐστηρῶς ἀμαρτωλοῦς
 Τοῦ βήματος ἀπελάσει,
 Οὗς μὲν εἰς δόξαν ἐφέλιων,
 145 Οὗς δὲ πρὸς ἄληκτον πένθος.
 Ὑπὸ πολλῆς εὐσπλαγγχίας
 Καμπτόμενος, ἐλεήμων,
 Μὴ φοβεροῖς ὑπηρέταις
 Καὶ ἀμειλίχοις ἀγγέλοις
 150 Ἀθέμιτα τὴν ἐκ βρέφους
 Σοὶ πατρίοντα παραδίης.
 Φιλανθρωπίας σῆς ὄντως
 Ἐκπέσουσιν ἀλαζόνες
 Κριταί, σοφοί, καὶ δυνάσται,
 155 Καὶ βασιλεῖς ὑπερόπται,

A

Ἀζύγων καὶ ἱερέων,
 Οἱμοὶ πληθῆς καὶ μεγάλων.
 Χωριζομένων συγγόνων,
 Γονέων, φίλων καὶ τέκνων,
 160 Τίς ἐνοῶν οὐκ οἰμώξει;
 Τίς δὲ βαστάσει τὸν πόνον;
 Οὐκ ἔβονται γὰρ ἀλλήλους
 Εἰς τοὺς ἀπειρους αἰῶνας.
 Ψυχῆ, λογίζου πῶς ἄρδην
 165 Βληθήσονται εἰς κολάσεις,
 Ἐλκόμενοι ἀποτόμως
 Ὑπὸ πυρφόρων ἀγγέλων,
 Καὶ στέναξον πρὸ τῆς πείρας
 Ἐκ βάθους τῆς διανοίας.
 170 Ὡς θησαυροῦς τῆς ἀδύσου
 Καὶ οὐρανοῦ καταβράκτας
 Ἀνέφρας κατακλύζων,
 Σῶτερ, τὴν γῆν ἐπὶ Νῶε,
 Οὕτως καὶ νῦν κατακλύσον
 175 Τὸν βόρβορον τῶν παθῶν μου.
 Ὡ Δέσποτα τῶν αἰῶνων,
 Πάτερ, Υἱὲ, καὶ τὸ Πνεῦμα,
 Ἡ τρισυπόστατος μία
 Καὶ ἀδιαίρετος φύσις,
 180 Δός μοι καιρὸν μετανοίας
 Πρὸς λύσιν ἀμπλαχημάτων.
 Ὡ Δέσποτα Θεοτόκε,
 Σπεῦσον, βοήθει μοι τάχος·
 Ἡ γὰρ ἀκμὴ τῆς ἀξίτης
 185 Ὡς ἀκαρπον ἐκφοβεῖ με,
 Καὶ ἡ φορὰ τῆς δρεπάνης
 Ὡς ἄωρον ἐκδεδίττει·
 Ὁ δὲ λιχμητῶρ τὴν καῦσιν
 Ὡς ἄχυρον ἀπειλεῖ μοι.

B

C

Rumpentur monumenta mortuorum ad Iudicis adventum, Michaele simul festinante omnes puncto temporis ei sistere, a quatuor ventis.

Intellige, anima, quomodo post haec throni metuendi ponentur, et cum timore infinitis atque innumerabilibus angelis, hominibusque circumstantibus, libri aperientur.

Reliquum erit, ut poenae, quas praedixi, suscipiant reos, quorum primus et ultimus solus ego miserimus.

Affabitur Iudex dignos mansuete, et peccatores a tribunali aspera voce repellat: illos in gloriam secum adducens, hos ad luctum mittens sempiternum:

Magna permotus misericordia, propitius, ne tradas servis diris nec nuntiis duris eum qui inde a pueritia contra te delinquit.

Clementia tua excident arrogantes iudices, sapientes, dynastae et reges contemptores; conjugii expertum quoque sacerdotum et conjugatorum, proh dolor! multitudo.

Separationem fratrum, parentum, amicorum, atque liberorum, quis cogitans non ingemiscet? Quis feret dolorem? Non enim inter se amplius videbunt in omnia saecula.

Anima, reputa, quo pacto ab ignitis daemonibus violenter distracti, in supplicia contrudentur, et antequam experiaris, mitte gemitus ex imo corde.

Ut thesauros abyssi et cataractas caeli aperiens, Salvator, terram aqua in facie Noe diluisti, ita nunc passionum mearum coenum dilue.

O Domine saeculorum, Pater, Fili, et Spiritus sancte, una in tribus subsistentiis indivisa natura, da mihi tempus poenitentiae, ad expianda delicta mea.

O Domina, Dei Mater, festina, cito succurre mihi: securis enim acies terret me, utpote infructuosum, et falx transeundo ut immaturum extimescit; ventilator autem mihi, ut palaeae, ignem minatur.

LEONIS IMPERATORIS AUGUSTI

COGNOMENTO PHILOSOPHI

AD OMARUM SARACENORUM REGEM

*De fidei Christianæ veritate et mysteriis et de variis
Saracenorum hæresibus et blasphemis*

EPISTOLA.

(Symphoriano Champerio, Lugdunensi, interprete Lugduni prodit anno 1501; recusa deinde in *Biblioth. Patrum* maxima, tom. XVII, p. 45.)

Gloria Deo, et multiplex gratiarum actio exsuperans cœlos et perveniens ad ea quæ placita sunt illi, et penetrans abdita ipsius, cuius est bonitas et miseratio super servos suos, qui est unus, et non est alius præter eum. Ipsi est altitudo, et magnitudo, et regnum, et potestas, ipse omnia circumquaque complectens. Credimus in unum Deum, cui similis non est, nec alius est præter eum. De cætero notasti mihi commemorans de Christo Filio Mariæ, quare adoremus eum: cum ipse de semetipso testimonium perhibeat dicens quod missus sit a Deo, et qui confessus fuerit eum, confitebitur coram eo qui misit illum: et iterum, cum ascenderet ad cœlos, dixit discipulis suis: *Ascendo ad Creatorem meum, et ad Creatorem (1) vestrum, ad Deum meum et ad Deum vestrum*¹. Et iterum dicis, quia, cum lex Moysi in igne fuisset cremata et renovasset eam Esdras propheta ut potuit ei memoria cordis sui recordari, et non sine mendacio, et non fuit ibidem recordatus de resurrectione, neque de paradiso, neque de inferno. Et iterum dicis, quod talis sit Christus ante Deum, qualis et Adam, et quia comedit Christus et dormivit, sicut et Adam: et tamen non te commovit ad hoc nisi paucitas intelligentiæ tuæ de Christo. Et iterum cognovi, quia dicis quod Maria soror Aaron et Moysi genuerit Christum: et quomodo potuit esse, cum mortua fuerit postquam egressi sunt de Ægypto in deserto, et nemo ex eis ingressus sit terram repromissionis, longe antequam nasceretur Maria Mater Christi et pater ejus Jo-

Actio, perscrutare vetus testamentum quod dedit Deus filiis Israel, Moysi et David, prophetis suis. Et iterum scrutare novam legem, quod est Evangelium, quod datum est nobis ab apostolis Christi; et tunc reperies, de Christo veritatem et viam rectam eo usque ut non sit in te ulla titubatio, dum videris Scripturam testimonium perhibentem, sibi invicem concordantem in Christo, quod est in novo et veteri testamento, et tunc vere intelliges de Christo. Scientem te reddimus de fide nostra quomodo adoremus eum, et quæ sit eruditio in qua sumus, donec intelligas, si tamen placitum est Deo, dantes tibi testimonium de novo et veteri testamento, quia quod dicimus de Christo, verum dicimus: secundum quod notavi tibi, trutinare et scrutare donec scias.

Cognosce quod postquam in principio fecit Deus cœlum et terram (cujus nomen est benedictum) et magnum lumen cœli et terræ, quod non capit in enclata, neque mortalium attingit intelligentia, visus est Moysi in igne in monte Sina², in verbo luminis: et dixit, Ne timeas, Moyses, ego sum Dominus Deus tuus, creator tuus, lumen de lumine, Verbum de Patre ex quibus Spiritus sanctus procedit. Et ideo dicimus, Pater et Filius et Spiritus sanctus, lumen de lumine, verbum de Deo: quia unum sunt, non separantes ea, quia procedit Verbum de lumine, et Spiritus sanctus de lumine, et quia non est in loco minimo minimus, et in maximo multiplex, sed ubique totus est. Intuere solem in quo sunt radii et splendor: nunquid non vides, quia usque æqualis est? Quanto magis Deus qui fecit solem et omnia quæ sunt infra cœlum et terram! Per lumen et Verbum quod est ex seipso, facta sunt omnia, et voluit ipsum Verbum dicere Filium suum. Sed ne paveas, Verbum Dei dicere Filium Dei: quia

¹ Jan. xx, 17. ² Exod. xix.

NOTÆ.

(1) Illic observa Mahumetanos male legere *Creatorem*, pro, *Patrem*.

Deus Pater est Verbi sui, et ubi est Verbum Dei, ibi est Deus, quia Verbum Dei ex Deo est, et Spiritus sanctus ex Deo est: et quæ vult Verbum, operatur, et quæ vult Spiritus sanctus, operatur, et quæ vult Pater, operatur, et hæc omnia unus Deus operatur. Non dividimus inter eos, neque plures deos dicimus cui non est similis in regno manens in perpetuum, regnum sanctum. Pater non est genitus, Filius est genitus, Spiritus sanctus non est genitus, neque ingenitus. Necesse est autem nobis ex prophetis proferre testimonium, quod Deus benedictus vocavit Christum Verbum, suum Filium, et per Verbum quod procedit ex lumine, condidit cælum et terram et omnia quæ in eis sunt. Moyses dicit ³, Deus per Verbum fecit omnia. David in Psalmis, *Verbo Domini cæli firmati sunt* ⁴; et alibi: *In æternum, Domine, permanet Verbum tuum* ⁵; et iterum: *Misit Verbum* ⁶, et contra. Job dicit de Spiritu sancto: *Spiritus Domini fecit me* ⁷; Moyses: *Spiritus Domini super aquas ferebatur* ⁸; Isaias: *Spiritus Domini super me, per quem unxit me* ⁹; David: *Emitte Spiritum tuum* ¹⁰, et contra; et iterum, *Spiritus tuus bonus deducet me* ¹¹, et contra; et iterum, *Spiritus tuum innova in visceribus meis* ¹²; et iterum, *Spiritu principali confirma me* ¹³. Hæc sunt de veteri lege testimonia, quod Verbum et Spiritus qui sunt ex Deo, omnem creaturam creaverint. Oportet nos iterum proferre testimonium, quod Deus Verbum suum Filium suum vocavit. Isaias dicit, *Ecce Virgo concipiet et pariet Filium* ¹⁴, et contra; et iterum: *Parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis* ¹⁵. Iterum Deus Pater, ad David: *Postquam dormieris cum patribus tuis, suscitabo de femore tuo qui sedebit super thronum Israel. Ego ero ei in Patrem, et ipse erit mihi in filium* ¹⁶. David in Psalmis: *Dominus dixit ad me, et contra Zacharias dicit: Gaude et lætare, filia Sion, clama, filia Jerusalem, quia ecce Rex tuus venit tibi militis et sedens super pullum asinæ, loquetur pacem gentibus* ¹⁷. Iterum oportet nos proferre testimonium de lege Dei, quia Jesus Christus Filius Mariæ, Deus de Deo sit. Jacob filius Isaac, filii Abraham, cum esset in obitu vitæ suæ, benedicens filios suos prophetavit de ipsis, dicens Judæ, filio suo: *Tu es catulus leonis, non minuatur de femore tuo dux neque princeps donec veniat qui sit exspectatio gentium* ¹⁸, qui est ipse Christus. Jeremias propheta: *Ecce Deus noster cui similis non est, qui invenit omnem viam prudentiæ, et post hæc videbitur super terram, et cum omnibus erit conversatus* ¹⁹. Iterum: *Deus manifeste veniet,*

A veniet, et non tardabit ²⁰. Isaias: *Post te ambulabunt, vincti manicis pergent, et te adorabunt, teque deprecabuntur, quia tu es Deus et non est alius præter te Deus Israel. Salvator confundens inimicos tuos, abierunt in confusionem* ²¹. Iterum David: *Deus de cælo prospexit super filios hominum ut videat si est intelligens aut requirens Deum; omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum* ²². Et iterum: *Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* ²³. Moyses dixit de passione Christi: *Videbitis vitam vestram pendentem coram oculis vestris, et non credetis* ²⁴. David: *Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea, dividerunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem* ²⁵. Isaias: *Homo potest ferre plagam quia absconditus est vultus ejus, unde nec reputabimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit* ²⁶ (2). Hæc sunt testimonia quod Deus ex Deo est: Joannes: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum: et Deus erat Verbum* ²⁷. Gabriel: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi* ²⁸. Paulus: *Spiritus sanctus scrutatur omnia, et novit occulta Dei* ²⁹. Joannes ³⁰: *Non accepimus spiritum servitutis, sed spiritum qui est ex Deo; iterum: Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus* ³¹. Hæc sunt testimonia de Novo Testamento, quod Christus Filius Dei sit: Gabriel ad Mariam: *Ecce concipies et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum: et ipse redimet populum suum a peccatis eorum* ³². Paulus: *Misit Deus Filium suum natum de muliere, factum sub lege ut eos qui sub lege erant redimeret* ³³. Joannes: *Qui credit in Filium Dei, habet vitam æternam; qui vero non credit in illum, non videbit vitam æternam, sed ira Dei manet super eum* ³⁴. Paulus: *Deus unus Filius Dei per quem facta sunt omnia* ³⁵. Petrus: *Tu es Christus Filius Dei vivi* ³⁶. Gabriel: *Ave, Maria, gratia plena, Dominus tecum: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, et quod nascetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei* ³⁷. Iterum Christus in Evangelio: *Ego sum lux mundi, ego a Patre exiit, et ad eum reversurus sum, ego sum resurrectio et vita. Et qui me videt, videt et Patrem. Ego et Pater unum sumus*. Paulus: *Illuminabitur mundus de Juda. Et iterum: Ascendit Deus super cælos, super sedem sanctam suam, intuens terram ut videat obligatos quos obligavit Satan in delicto suo.*

Vos autem habetis in lege vestra, quod angelus

³ Gen. i. ⁴ Psal. xxviii, 6. ⁵ Psal. cxviii, 89. ⁶ Psal. x, 6, 20. ⁷ Job xxxiii, 4. ⁸ Gen. i, 2. ⁹ Isa. lxi, 1. ¹⁰ Psal. ciii, 30. ¹¹ Psal. cxlii, 10. ¹² Psal. l, 12. ¹³ Ibid. 14. ¹⁴ Isa. vii, 14. ¹⁵ Isa. ix, 6. ¹⁶ I Reg. vii, 12-14. ¹⁷ Zach. ix, 9. ¹⁸ Gen. xix, 9, 10. ¹⁹ Baruch. iii, 38. ²⁰ Habac. ii, 5. ²¹ Isa. xlv, 14. ²² Psal. xlii, 2, 3. ²³ Psal. cix, 1. ²⁴ Deut. xxviii, 66. ²⁵ Psal. xxi, 17. ²⁶ Isa. lvi, 3, 4. ²⁷ Joan. i, 1. ²⁸ Luc. i, 35. ²⁹ II Cor. ii, 10. ³⁰ Imo Paulus Rom. viii, 15. ³¹ Ibid. 9. ³² Luc. i, 31. ³³ Galat. iv, 13. ³⁴ Joan. iii, 36. ³⁵ II Cor. i, 19. ³⁶ Joan. xi, 27. ³⁷ Luc. i, 35.

NOTE.

(2) Vulgata lectio, *Vidimus eum despectum et novissimum virorum et scientem infirmitatem, et quasi absconditus vultus ejus.*

dicit Zachariæ : Ecce annuntio tibi quod nascetur tibi Filius præcedens Verbum Dei, et Verbum ipsius, vocabitur nomen ejus Messias. Quæritur a te quare Deus voluit mittere Filium in utero Virginis : quia benedictus Deus et sanctum nomen ejus, creavit cælum et terram et omnia quæ in eis sunt, et creavit angelos suos, in prima conditione sua erant in circuitu Throni : et subito ingressus est in una legione angelorum, tumor et superbia, facientes se Deo similes, dicentes : Ponamus sedem nobis sicut est sedes Dei, et circumeamus cælum et terram, sicut et Deus. Cumque Deus cogitationes eorum cognovisset, projecit Satanam et omnem legionem ipsius, de cælo ad terram, et facti sunt dæmones et inimici filiorum Adæ. Cumque fecisset Deus Adam constituit eum in paradiso, dicens ei : *Comede omnia quæcumque volueris ; de ligno vero hoc quod prohibeo tibi, ne comedas, quo die comederis ex eo, morte morieris ;* tentatus vero a diabolo, comedit ex eo, et projectus est de paradiso, et hæreditavit mortem et contradictionem et delictum in progenie sua, post eum. Deus vero volens eripere creaturam suam de manu diaboli, direxit Noe ad populum suum ut pœniterent et recederent ab opere diaboli ; cumque venisset ad eos, contempserunt, et mendacem eum reputaverunt. Præcepit igitur Deus Noe ut faceret arcam, et mitteret in ea de omni creatura, et innisit Deus diluvium. Aperti sunt fontes abyssi et cataractæ cæli, et effusæ sunt aquæ et conumpti sunt habitantes terram, et omne quod movetur super eam, excepto Noe qui fuit in arca, et uxore ejus, et tribus filiis ejus et uxoribus filiorum ejus. Post hæc, miserus Deus super ea quæ fecerat, præcepit aquis ut reverterentur : et egressi sunt de arca, homines et jumenta : benedixitque illis Deus, et dixit : *Crescite, et multiplicamini, et replete terram.* Postea, homines a diabolo tentati, fecerunt sculptiles deos, adorantes eos, sicut Deum qui eos fecerat. Et volens Deus eripere illos de manu diaboli qui eos perverterat, mox descendit in potentia super montem Sinai ; et locutus servo suo Moysi, dedit ei legem, eligens filios Israel de omni plebe. Tunc filii Israel derelinquentes quæ dederat Deus Moysi, fecerunt sibi sculptile, adorantes illud quasi Deum vivum : et statim immisit eis serpentes, et consumpsit partem ex eis et miserus est eis. Item tentatio a diabolo immisit ignem, et consumpsit ex eis multitudinem, et miserus, iram ab eis removit. Item fecerunt sibi idola, adorantes illa ut Deum, immolantes filios suos et filias suas dæmoniis. Suscitavit Deus prophetas contestantes eos ut pœniterent, et reverterentur ad Deum, et recederent a diabolo : negaverunt et mendaces eos dixerunt, et quosdam ex ipsis occiderunt. Cumque vidisset Deus quod prævaluisset diabolus in eis, ex quo factus est Adam et ejectus est a paradiso, et quod prophetas qui venerant ad eos, occiderant, volens eos eripere a potestate antiqui hostis, misit Verbum suum ad Mariam

quam elegerat. Accepit formam hominis Verbum Dei, inducens carnem de Maria, cum anima et intellectu. Habitavit Verbum ipsius, quod erat ex Deo, in ipso corpore, sine separatione ab ipso in perpetuum. Si non esset ipsum corpus quod induerat, nemo posset videre Verbum Dei : sicut nec Moyses Verbum Dei videre potuit. Sed veniens Verbum Dei, induit corpus de Maria, et eripuit populum suum de potestate diaboli : Verbum utique illud quod Maria susceperat. Ipse est cujus nomen est Messias et Deus, quod erat, antequam annuntiatio veniret ad Mariam, et corpus sumeret de Maria : et ipse est Deus, et hæc est caligo in vobis ut non intelligatis.

Iterum mihi scripsisti dicens : Quia dixerit, *Misus sum ad vos, et comederit, et biberit, et dormierit.* Sed nunc tibi ostendam quod in Christo fuerint duæ operationes, et duæ locutiones : una, Verbi, et alia, corporis quod susceperat de Maria. Hoc est corpus perfectum, animam habens et intellectum. Operatio Verbi est quando cum Patre cuncta creavit : et manens in corpore, peccata dimittebat, et mortuos suscitabat, et cætera talia faciebat. Vos autem, relinquentes opera Verbi, sequimini opera carnis quam assumpsit de Maria, quæ fuit de Adam : et ideo dicitis quod similis sit Christus Adæ, quod comedebat et dormiebat : et iste est sermo eorum qui non intelligunt de Christo, neque perscrutantur legem Dei. Et secundum vestrum sensum, Judæi intelligentes de Christo, persequentes et comprehendentes, eum crucifixerunt, dicentes blasphemizæ verba ad Mariam Matrem ejus, cui pudor castitatis inerat. Iterum dicitis, quare adoremus Christum Verbum Dei. Numquid non invenitur in lege Dei quod filii Israel adoraverunt arcam quam præceperat Deus Moysi facere, et tamen non adorabant nec serviebant arcæ nec ligno : sed adorabant et serviebant legi et verbo Dei quod erat in arca, et tamen non ob hoc erant alieni a Deo, nec duobus diis servisse judicabantur ? Rursum dicitis quod in lege vestra invenitur, quod Deus præcepit angelis suis adorare Adam. Quod si ita est credendum, quid existimas de Verbo, quod nominatum est Messias ? Nunquid est melius eum adorare, quam petram surdam quam adoratis, ubi scimus aliquid remansisse de idololatria illa qua adorabant Jaoh, Jaoc, Nazara, et Allac et Allogei, et Mena ? Quidam ex eis erant dii in similitudine virorum, quædam in similitudine feminarum ! Majores horum dicebantur Aleubre, unde et sermo iste derivatur, Alacuiber, inter vos immolantes eis pecora et camelos in uno die, pro unoquoque anno : et secuti estis consuetudinem paganorum super lapide illo, in Mecha, in angulo domus ipsius idololatriæ, cui serviebat antiquitas paganorum, et immolabat. Iterum dicitis, quod simul ante Deum Christus sit et Adam : et ponitis facturam de luto, quæ contradixit Deo suo, et non custodivit præceptum ejus, similem Verbo Dei et lumen ipsius,

qui non est factus, sed per ipsum facta sunt omnia, et ipso est Messias, cujus regnum sempiternum existit. Queris quomodo Deus potuit ingredi in ventrem mulieris, tenebrosum et angustum et fetidum: sed si forte intelligas, tibi similitudinem damus. Nonne vides solem quia graditur super immunditiam et stercora, et fetorem, et tamen nullo modo inquinatur, sed mundat omnia, quanto magis Deus qui fecit solem non inquinetur a creatura? Sed noli esse incredulus ut non ingrederetur Deus in uterum Virginis, qui ingressus est in rubo qui erat in monte Sinai, et locutus est servo suo Moysi, et legem ei dedit. Nonne melius erat corpus Virginis quam illa spina rubi? Quod autem dicit, legem Moysi esse crematam, et quod eam Esdras memoriter et mendaciter memoravit, et non fuit in ea memoratus de resurrectione, aut vita aeterna, aut paradiso, nunc tibi, si Deo placeat, ostendam. Benedictus Dominus revelationem in prophetas suos misit, et omnis propheta locutus est per revelationem Dei: et dedit Moysi legem, in qua scripta sunt praecepta filiorum Israel, exitus eorum de Aegypto, dinumeratio, et contradictio, et indignatio Dei super eos, et quomodo omnia creavit: rememoratio regum, et quomodo exaltavit et humiliavit eos, et revelavit David servo suo psalmodiam, et Salomoni sapientiam, et Job suo dilecto et Danieli prudentiam: et nos credimus resurrectionem, et paradysum, et infernum, et invenimus ea scripta in Veteri Testamento per Esdras cui Deus revelavit, et scripsit ea ad plenitudinem. Et sicut Deus Moysi prophetae suo dedit, ita Esdras declaravit et nil praetermisit, quia in prophetis Dei non est mendacium neque oblitio, quia Deus fit revelatio illorum.

Scriptisati mihi de sacrificio quid esset, et quod non reperires quemquam de servientibus Dei qui obtulerit sacrificium. Primitus, duo filii Adae obtulerunt, et acceptum est ab uno. Sacrificium veritatis est super homines, et acceptum Deo, et edificatio ei quicunque obtulerit: excepto sacrificio quod idolis offertur; qui enim illud offerunt, alieni sunt et perdit. Christus vero, nocte illa qua erat inchoatio passionis, discipulis dixit quid de eo Judaei facturi essent, et resurrectionem, et fugam, et reversionem ad eum annuntiavit; et tamen in illa nocte cum discipulis comedens, accipiens panem benedixit et dixit: *Accipite et comedite: hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur.* Iterum accipiens calicem, dixit: *Bibite ex hoc omnes; hic est sanguis meus qui offertur in remissionem peccatorum.* Et praecipit nobis similiter fieri, ut sit nobis remissio peccatorum, quicunque in fide et dilectione obtulerimus. Illud sacrificium licet credere, non illud quod in lege vestra vos habere dicitis. Cum discipuli Filio Dei dixissent, *Invoca Deum ut dirigat nobis manna de caelo;* et dixisset Christus, *Timete Deum si estis fideles,* discipuli dixerunt, *Volumus comedere illud, et credemus tibi et scimus quia*

verum locutus es nobis, et testabimur quia Christus Deus es: dirige manna de caelo, ut sit nobis festum solemne, et posteris nostris signum ex te: haec nobis tribue, quia tu es dator donorum. Et Deus dixit, *Dirigam illud vobis;* quod postquam negavit, cruciaverunt eum cruciacione qua nemo cruciatus fuit. Et tamen hi sermones fuerunt Nestoriani cujusdam haeretici, non sane de Christo sentientis: qui vos introduxit quasi ut aliquid de fide Christi intelligeretis, sed ut est ratio et veritas vobis non demonstravit.

Quod de Christo [f. de cruce] a me quaesisti, scientem te reddo modo: quia die qua crucifixus est Christus, cum eo duo latrones (unus ad laevam, alter ad dexteram) fuerunt, et mox emisit spiritum. Statim terra contremuit, et sol obscuratus est, et quosdam principes de Judaeis, qui aderant, validus timor invasit propter ipsas cruces. Et ut hominibus veritatem celarent, eas sub terra absconderunt, ita ut alii nescirent nisi unus; et nemini in vita sua dicebat: cum autem mors accederet, alicui propinquo aperiebat dicens: *Quandoque quaestio crucis erit, locum vido et scito.* Quando tamen voluit Christus hominibus confusionem Judaeorum ostendere, inventionem crucis Constantino regi Romanorum, qui necdum erat Christianus, aperuit. Cum enim pergeret ad bellum, elevans oculos ad caelum media nocte, vidit in caelo quasi duas columnas, unam super aliam intentam in similitudinem crucis, et in ea scripturam igneo fulgore rutilantem, et Graece scriptam: *Quia petisti a Deo tuo ut ostenderet tibi fidem rectam, facito tibi signum regale in similitudinem crucis istius, quae praecedat te contra inimicos tuos, secundum quod vidisti in caelo.* Quo facto, hostes invasit, et per virtutem sanctae crucis illos devicit. Cumque reverteretur, matrem suam Helenam cum exercitu usquequo Jerusalem veniret direxit, ut quid de cruce Christi factum esset, a Judaeis perquireret. Multis autem cruciatis, virum illum qui de tribu ejus fuerat cui res primum notificabatur, inquiri praecipit. Illum autem, rei veritatem aperire nolentem, in puteo sine potu et victu reclusit. Cumque se moriturum cognovisset, ei locum ostendit; et dum foderent, sumus incensi de fovea exivit, tres cruces, post CCC annos ex quo Christus venerat, ostendens. Et cum ante reginam nescientem quae crux Christi esset, portarentur, super mortuum subito unam crucem posuit; et non surrexit; secunda adhibita, nil profuit; cum vero tertiam adhibuissent, statim qui erat mortuus surrexit. Regina, facta ecclesia super Christi sepulcrum, partem de cruce ibi reliquit, et reliquam filie suo detulit. Haec est causa quare crucem Christi adoremus.

Dictum est mihi quod non salutatis eos qui sunt alterius legis, et vos habere in lege vestra quod mulieres alicujus fidei vobis liceat in connubium ducere: et quomodo fieri potest ut Deus homini uxorem ducere praecipisset, qui nec salutare ne-

que sepelire illam dignaretur? Similiter, si de alia A perit, adulter et mœchus vindicetur. Iterum dictum fide fuerit, non oportet super sepulcrum ejus stare est mihi, quod in lege vestra sit scriptum, quidquid aut pro illa deprecari. Cum autem vos in lege fecerit homo sive bonum sive malum, præscriptum vestra scriptum inveniatis quia multi ex his qui in ptum et prædestinatum sit illi a Deo antequam lege qualibet sunt fideles, apud Deum sunt, quare nascatur. Si ita est, non est illi gratia si bonum pro ea non deprecemini? Iterum dictum est mihi, operetur, neque peccatum si male operetur: quia si quis vestrum uxorem suam qualibet ex causa non ille operatur, sed quod præscriptum et præordinatum est illi antequam nasceretur. Nam si ita reliquerit, non oportet eam ad eum regredi, donec nascatur, ergo Deus impie videtur egisse. Sed hoc alter cum ea conveniat. Sic prævaricatores legis et absit a Deo, ut ista in hominibus operetur. Nam si Evangelii facti estis ²⁶. In lege enim scriptum est, ut si quis uxorem suam qualibet causa dimiserit, et voluerit ad eum quandoque regredi, ipsius est ita esset sicut vos dicitis, quidquid faciat homo, sine dubio, si tamen alter eam non sordidaverit: vel bonum, et contra: Deus non prophetas dirigeret ut hominibus infernum demonstrarent, et si autem alter eam tetigerit, ab illo in perpetuum pertimescerent: sufficeret enim illis præscriptio, et prohibita est. In Evangelio tamen non est licitum B prædestinatio eorum. Sed absit talis intellectus: homini uxorem suam sine causa fornicationis dimittere, et qui dimissam alterius in uxorem acce-

²⁶ Deut. xx, 4.

LEONIS SAPIENTIS

OPERUM PARS SECUNDA.

OPERA JURIDICA ET CANONICA.

—
RECENTIORES

ORIENTALIUM EPISCOPATUUM NOTITIÆ,

*A Francisco Junio primum editæ, tum a PP. Jacobo Gretsero et Carolo a
S. Paulo auctæ, demum a P. Jacobo Goar iterato locupletatæ,
recognitæ et in unum collectæ.*

—
[E. P. 533*] P. JACOBI GRETSERI PROŒMIUM.

—
Utrum quæ sequuntur, adjecta sint ab ipso Codino, an ab alio, dicere non habeo. Addere placuit, tum quia Junius suæ editioni adjunxit; tum ut lector una mecum tot nobilissimarum Ecclesiarum interitum deploret; pleræque enim vel funditus interierunt, vel, si quæ supersunt, sub Turcico jugo hodie gement. Quibus quæ tanti mali causa, nisi schisma et hæresis, et a sede apostolica Romana defectio. Certè enim, quam primum Græci a Cathedra Petri sese abjunxerunt, quotidie res eorum in deterius labi cœpere; donec tandem Justissimo Dei judicio, in eas calamitates incidere, cum quibus hac etiam ætate conficiantur. Id ita esse libens fatebitur, quisquis a Photio, præcipuo schismatis architecto, historiam Græcorum usque ad eversum eorum imperium revolvare volet.

Subjiciuntur nonnulla de titulis: nimirum Græcia ventosa titulis nunquam satiari potuit, licet plerumque essent tituli rerum inanissimi.

Vides hic itidem non patriarcham, sed imperatorem fuisse Græcorum papam; qui arbitrato suo metropolitanos, archiepiscopos, episcopos ponebat et deponebat, et quasi pilas modo in hunc, modo in illum locum jactabat. Cujus rei culpam nemo alius sustinebat, nisi ipsi Græci, qui imperatori suo serviliter adulantes, omnia ei præter sacrificandi potestatem concesserant. Id ut clare intelligas, en tibi Demetrii Chomatiani in responsis ad Cabasilam plusquam parasiticam assentationem: *Imperator ut communis in Ecclesiis sapientum princeps et re et nomine, synodorum placitis præsidet, et auctoritatem ipsis largitur. Ecclesiasticas ordinationes disponit, et legem ponit vitæ atque officio eorum, qui altari inserviunt: quin et judiciis episcoporum, et clericorum, et electioni Ecclesiarum vacantium. Promovet insuper a minori dignitate ad majorem, puta ab episcopali ad metropolitanam, honorem eum exhibens aut urbi aut homini. In summa præter sacrificandi potestatem, cætera omnia jura pontificalia manifeste exprimit imperator, quibus in rebus convenienter agit, et legibus et canonibus. Poterat ergo Græcanicus imperator suorum quoque audire confessiones, quandoquidem omnia poterat, præter Missam seu Liturgiam celebrare. Hunc Chomatiani locum profert Hugo Grotius Calvinista in Pietate [E. P. 334] ordinum Hollandiæ et Westfrisiæ, ut eandem potestatem in prædicantes Calvinianos supremo magistratui Hollandiæ et Westfrisiæ asserat: quanquam non erat cur Grotius exciperet, sicuti nec excepit, cœnæ parandæ potestatem: hanc enim sine ulla dubitatione melius et lautius apparare potest totius Hollandiæ et Westfrisiæ magistratus quam ullus ex Calviniana culina minister.*

In *Jure Græco Romano* exstat Constitutio Leonis Philosophi imperatoris de thronis Constantinopolitana:

* Editionis Parisiensis 1648 fol. paginae representantur.

sedi subjectis, et qui épiscopi quibus metropolitæ subdantur : quæ longe plures metropoles, archiepiscopatus, et episcopatus numerat, quam Andronicus in sua Ecthesi. Sed ubinam hodie tot illas, et tam numerosas Ecclesias invenire est? Aut nusquam, aut in faucibus Orci, hoc est, hæreseos, et schismatis, sub Sarracenicæ, plusquam Pharaonica servitute, pauculis demptis, quibus mitior servitus obtigit. Eas insuper sedes excipio, quas in Calabria et Sicilia Græci erexerant, vel jam olim erectas repererant : istæ enim pulsæ ditone Græcis Cathedræ Petri adhærent, sub imperio Catholicorum regum ac principum.

Inserta est eidem volumini *Juris Græco-Romani* cujusdam patriarchæ Constantinopolitani sanctio, quæ ordine sessio in conciliis, aliisque publicis conventibus cuius metropolitæ et archiepiscopo competat. Sed hic jam longe minor numerus est, quam in Constitutione Leonis, ita ut sedis Constantinopolitanæ amplitudo quotidie minueretur, et mala Turcarum manu circumcideretur. Libet hic adjungere hunc posteriorem Catalogum, quia brevis est, et Andronico lucem accendet.

P. JACOBUS GOAR LECTORI.

Qua in re Palatini mores, et qui in Palatiis ritus observari consueverunt (de quibus satis multa paulo superius), cum sequentibus metropoleon, et episcopatum notitiis conveniant, ignorare me fateor, lector benevole, nisi suggesseris quem possim interrogare : quotquot enim notitiis hæcenus exscripsere, ne verbum quidem ea de re fecerunt. Nullius momenti res est, mihi lateat et tibi; dummodo notitiarum scriptores, vel qui eas in lucem eduxerunt, innotescant. Ediderat Andronicus Augustus senior notitiam, quam Junius pro arbitrio interpretatus Codiniano subiunxit operi; ea tantum, me quidem iudice, de causa, quod hanc isti subnexam idem ms. codex suggestisset. Placuit Gretsero repertam aliam in *Jure Græco-Romano*, sed titulo et inscriptione expertem, veluti faciem, Andronicianæ, qua lux affulgeret præmittere : verum facis obscuræ lumen obscurius ferre non potuerunt oculi. Tertiam ex Vaticanis P. Carolus a S. Paulo Abrincensis postea præsul edidit sacræ suæ geographiæ tacitis etiam de nomine superioribus ceu Parergon insertam, quartæque alteri quam Regia suppeditarunt sociam fecit. Quintam memorarem inter hæc mediam in ejusdem præsulis collectione locatam, ni (cum vetusta sit et imperfecta, necnon Hierocli, cujus pervetustam notitiam recognitam et integram doctissimus Holstenius pollicetur, non leviter tribuatur) ab ea nunc recensenda tum operis antiquitas, tum erga talem virum vetustum opus velut e ruderibus eruere, ac suæ puritati restituere molientem retraheret reverentia. Præfatis hæc manum admovere compulsi amor integritatis, quæ rerum forma decus est et perfectio, et nostram, quantumcunque sit, operam publica postulavit utilitas. Quo in negotio *Regiæ Bibliothecæ* mss. usus, quod mutilum erat reposui, quod corruptum reparavi, quod obscurum illustravi, quod vagum erat et incertum in meliorem ordinem redegi. Inter hæc vero datas vel recognitas a me notitias ista series est et rerum servatus ordo, ut in prima fronte diatyposis Leonis Augusti ante octingentos circiter annos digesta, quamvis recentiori caractere conscriptam repererim, exhibeatur, quam si velis, supra laudato debebis Abrincensi præsuli (exsta: enim in ejus sacra geographia) sin minus, ex parte mihi vindicabo, ceu ex diverso codice, quem variæ lectiones arguunt conscriptam, et integrius quam antehac, vel Græcæ traditam, vel Latine expositam. In ejus aspectu primo patriarchatum splendet dignitas, subiude metropoles quæ Constantinopolitanæ sedi subjiciuntur elucet, demum episcopatus, quos illic suffraganeos agnoscunt, recensentur : similes dignitates, quas thronos vocant, patriarchalibus aliis Ecclesiis facit auctor notitiæ, verum ubi de Romana mentionem habet, tanta et talis est in subditorum episcopatum enumeratione varietas, tanta vocum corruptio, tanta denique appellationum confusio reperitur, ut pæce viri litterati dixerim, putem, vel ab Occidentalium locorum ignaro, vel ab imperito conscriptam : quæ res ab ea ex integro restituenda me prohibuit (ut ab ejusdem interpretatione ex integro suscipienda, nunquam satis laudandi Abrincensis Antistitis prius deterruerat ac penitus avocarat mentem) : non enim eam mihi demandavi provinciam ut generalem prorsus patriarchalium omnium Ecclesiarum, sed illam potissimum quæ Leonis Augusti nomen defert, cui aliquid splendoris ex nostro accessit labore, referrem notitiam : ut ut se res habet præfato imperatori ascriptam recudo; illique secundum ex Vaticano solo memorati jam sapius auctoris cura depromptam, nonnihil tutioribus conjecturis emendatam, adnecto. Tertiam a Gretsero prius datam titulum ex fidelissima textus cum *Regiæ Bibliothecæ* mss. collatione præfixi; præter quas suppeditavit et aliam Regia eadem gazæ, cujus egregie digestus ordo nomen scriptoris desiderat, quam et accuratissime cum memoratis [E. P. 536] *Regiæ Bibliothecæ* monumentis collatam, et *Juris Græco-Romani* conformem exemplari in quarto dispositionis nostræ ordine collocavi. Sequitur tum demum quæ ab Andronico Seniore non plene dissita a nostris annis sæculo edita censetur, ut scilicet alia, quæ vel titulo vel auctoris sui nomine carebant, inter Augustales positæ plus roboris et splendoris obtineant. Codinum Junius in sua interpretatione reprehendit, Junium similiter in sua elucidatione notat

Gretserus, imo et satis acriter in totam Græciam invehitur, quam propter translatas vel mutatas nedum amplificatas dignitates vanitatis aut levitatis videtur insimulare : qua in re nil novi, nec soli Græciæ debet imputari, cum suo jure, sicut et Latina Ecclesia, si quando necessitas postulaverit, utatur. Cæterum quod spectat ad titulos et appellationes, de illis, quia honorariæ sunt, liberaliter satis Junius et Gretserus egerunt. Illi porro quibus imp. despotas, Cæsares, principes, proceres, ac eorumdem uxores; patriarcham, metropolitam, episcopos, etc., vocant et exornant (præter Junii et Gretseri dicam offensionem) nonnihil lucis et incrementi plurimum ex meo percipient labore, vel saltem aliquid mellior ordo dabit ornamentum. Par est ut qui in diversis dignitatibus generibus sunt constituti variis gaudeant titulis, nec fas est pontificem eodem salutandi more quo imp. convenire : quantum distat a rege princeps, tantum discrepare debet utriusque salutatio : aliis peregrinos, aliis verbis domesticos compellere solemus. Salutationes hujusmodi, etsi per modum appendicis, luculenter tamen illustr. et rever. episcopus Vabrensis dominus Isaacius Habert in suo deprompsit archieratico, cujus opera et versione, quippe quæ sit ad amussim examinata, eo facilius et felicius nonnunquam sum usus, quo devotius et humiliter tanti præsulis laborem, non adeo commendare, quam venerari peroptavi. Quod amplius est sors obtulit; quod immutatum et diversum, alia dedere vel fecere Regia mss. Ex præmissis habes hujus operis propositum et ordinem; ex lectione tua, si votis cura respondet, lector charissime, consequeris utilitatem; aut meam saltem sinceritatem assequeris. Vale.

NOTITIÆ

GRÆCORUM EPISCOPATUUM

A LEONE SAPIENTE AD ANDRONICUM PALÆOLOGUM.

ΤΑΞΙΣ ΠΡΟΚΑΘΕΔΡΙΑΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΤΑΤΩΝ ΠΑΤΡΙΑΡΧΩΝ. A ORDO PRÆSIDENTIÆ SANCTISSIMORUM PATRIARCHARUM.

α. Ο Ῥώμης.
β. Ὁ Κωνσταντινουπόλεως.
γ. Ὁ Ἀλεξανδρείας.
δ. Ὁ Ἀντιοχείας.
ε. Αἰτίας, ἦτοι Ἰεροσολύμων.

1. Romanus.
2. Constantinopolitanus.
3. Alexandrinus.
4. Antiochenus.
5. Æliæ urbis. sive Hierosolymorum.

Τῆξις προκαθεδρίας μητροπολιτῶν, καὶ αυτοκεφάλων, καὶ ἐπισκόπων τελοῦντων ὑπὸ τῶν ἀποστολικῶν θρόνων ταύτης τῆς θεοφυλάκτου καὶ βασιλίδος πόλεως.

Ordo præsentia metropolitana, et sui juris præsulum et episcoporum, huic a Deo servatæ et urbium reginæ civitatis apostolico throno subjectorum.

Ἐπαρχία Καππαδοκίας, πρῶτος δ Καισαρίας.

In provincia Cappadociæ, primus est Cæsareæ metropolita.

Ἐπαρχία Ἀσίας, δ Ἐφέσου β'.

In provincia Asiæ, Ephesi ii.

Ἐπαρχία Εὐρώπης, δ Ἡρακλείας Θράκης γ'.

In provincia Europæ, Heracleæ Thraciæ iii.

Ἐπαρχία Γαλατίας, δ Ἀγκύρας δ'.

In provincia Galatiæ, Ancyræ iv.

Ἐπαρχία Ἑλλησπόντου, δ Κυζίκου ε'.

In provincia Hellesponti, Cysici v.

Ἐπαρχία Λυδίας, δ Σάρδων ζ'.

B In provincia Lydiæ, Sardium vi.

Ἐπαρχία Βιθυνίας, δ Νικομηδείας ζ'.

In provincia Bithyniæ, Nicomediæ vii.

Ἐπαρχία τῆς αὐτῆς, δ Νικαίας η'.

In eadem provincia, Nicææ viii.

Ἐπαρχία τῆς αὐτῆς, δ Χαλκηδόνος θ'.

In eadem provincia, Chalcedonis ix.

Ἐπαρχία Παμφυλίας, δ Σίδης ι'.

In provincia Pamphyliæ, Sides x.

[338] Ἐπαρχία Ἀρμενίας, δ Σεβαστίας ια'.

In provincia Armeniæ, Sebasteæ xi.

Ἐπαρχία Ἑλενοπόντου, δ Ἀμασειας ιβ'.

In provincia Helenoponti, Amasææ xii.

Ἐπαρχία Ἀρμενίας, δ Μελιτινῆς ιγ'.

In provincia Armeniæ, Melitines xiii (1).

Ἐπαρχία Καππαδοκίας, δ Τυάνων, ἦτοι Χριστοπόλεως ιδ'.

In provincia (2) Cappadociæ, Tyanae, sive Christopoleos xv.

Ἐπαρχία Παφλαγονίας, δ Γαγγῶν ιε'.

In provincia Paphlagoniæ, Gangrorum xvi.

VARIÆ LECTIONES.

• Alia Regia, ἢ Θεσσαλονίκη.

NOTÆ.

(1) Quartus decimus omissus.

(2) Secundæ.

In provincia Honoriadis, Claudiopoleos xvii.
In provincia Ponti Polemoniaci, Neocæsareæ xviii.

In provincia Galatiæ, Pisinuntis, sive Justinianopoleos xix.

In provincia Lyciæ Myræ xx.

In provincia Cariæ, Stauropoleos XXI.

In provincia Phrygiæ Cappatianæ (3), Laodiceæ xii.

In provincia Phrygiæ Salutaris, Synadorum xxiii.

In provincia Lycaoniæ, Iconii xxiv.

In provincia Pisidiæ, Antiochiæ xxv.

In provincia Pamphyliae, Perges, sive Sylæi xxvi.

In provincia secundæ Cappadociæ, Mocisii xxvii.

In provincia Lazicæ, Phasidæ xxviii.

In provincia Thraciæ, Philippopoleos xxix.

In provincia Rhodopes, Trajanopoleos xxx.

In provincia insularum Cycladum, Rhodi xxxi.

In provincia Æmi montis, Adrianopoleos xxxii.

In provincia eadem, Marcianopoleos xxxiii.

In provincia Phrygiæ Cappatianæ (4) Hierapolis xxxiv.

Hucusque metropolitæ: sequuntur itaque deinceps qui proprii sui juris, et nullum in subditos exercent.

In provincia Mysiæ, Odyssei archiepiscopus xxxv.

In provincia Scythiæ, Tomorum xxxvi.

In provincia Europæ, Bizyæ xxxvii.

In provincia Paphlagoniæ, Pompejopoleos xxxviii.

In provincia Asiæ, Smyrnæ xxxix.

In provincia Isauriæ, Leontopoleos xl.

In provincia Rhodopes, Maronæ xli.

